tū arbitrans, quod filius ſim fabri, ⁊ fratres habe-
am, Jacobū, Joſeph, ⁊ Judam, ⁊ homo vorator ac
vini potator ſim, talis opinio ac blaſphemia, quāq̄
culpa nō careat erroꝝ, tñ habet veniā ꝑpter corpo
ris vilitatē. Qui aūt manifeſte intelligens opera
dei, cum de ꝟtute negare non poſſit, eadem ſtimu
latus inuidia calumniatᷣ, ⁊ Chriſtum deiq̄ verbum
⁊ opa ſpūs ſancti dr̄ eſſe Beelzebub, iſti non dimit
tetᷣ neq̄ in preſenti ſeculo neq̄ in futuro, nō q̄d ne-
gemus ⁊ ei ſi pnīam agere poſſit, poſſe dimitti ab
eo q̄ vult oēs hoīes ſaluos fieri, ⁊ ad agnitionē ꝟita
tis venire, ſed quod ipſi iudici ⁊ largitori venie cre
dentes, qui ⁊ ſe pnīam ſemꝑ acceptuꝝ ⁊ hāc blaſ-
phemiā nunq̄ dr̄ eſſe remittendā, credamus hunc
blaſphemū exigentibus meritis, ſicut nunq̄ ad re-
miſſionē, ita nec ad ipſos digne pnīe fructus eſſe ꝑ
uentuꝝ, iuxta quod euangeliſta Johannes de qui-
buſdā blaſphemie ſue merito excecatis ꝟiſſime ſcri
Joh. 12 pſit. Propterea non poterant credere, q̄r iteꝝ dixit
Iſaie. 6 Iſaias, Excecauit oculos eoꝝ, ⁊ indurauit cor eoꝝ
vt non videant oculis ⁊ intelligant corde, ⁊ cōuer-
tantᷣ ⁊ ſanem illos. Quidā ſane volunt illū dicere ꝟ
bū, vel blaſphemare in ſpm̄ ſctm̄, q̄ vnitati eccleſie
vbi in ſpū ſancto fit remiſſio peccatoꝝ, corde impe
nitenti reſiſtit, dicens vnum eſſe effugium, ne ſit ir-
remiſſibilis blaſphemie culpa, cor impenitentis ca
ueatᷣ. Quorum multis ſententia nequāq̄ firma vi-
detᷣ, quia videlicet quiſquis vnitati eccleſie corde
impenitenti reſiſtit, ſiue ille Judeus ſiue gentilis,
ſiue etiam hereticus ſit, poteſt vtiq̄ remiſſionē ha
bere pctōꝝ in ſpū ſancto, ſi ad vnitatē eccleſie cor-
de penitēti refugerit. Sed dicunt: Quā diu corde
impenitēti q̄s ſpūi gratie reſiſtit, tādiu nō h̄ꝫ remiſ
ſionē. At illi obiiciūt hāc ꝯditionē, in cūctꝫ cōſtare
criminibꝰ. Quō eñ q̄diu q̄s fornicationē, idolola
triā, adulteriū, maſculoꝝ ꝯcubitū, ceteraq̄ flagitia
geſſerit, nō h̄ꝫ hereditatē in regno Chriſti ⁊ dei,
his ꝟo criminibꝰ abdicatꝫ, pōt ablui, ſctificari, iuſti
ficari in noīe dñi nr̄i Jeſu Chriſti, ⁊ in ſpū dei nr̄i.
Ita inquīt: etiā, īpenitēs q̄diu cor īpenitēs habue
rit, nō pōt habere veniā, mox ꝟo vt penituerit, ꝯſe-
q̄tur ⁊ veniā. Nulloq̄ diſcrimine impenitētia cete-
ris obligatior aut irremiſſibilior inueniᷣ eſſe pctīs,
q̄ in ſilitudinem ſceleꝝ ceteroꝝ vſq̄ ad pnīam ma-
nens, mox acta penitentia delebitᷣ. Sola aūt blaſ-
phemia in ſpm̄ ſctm̄, q̄ q̄ſq̄ in ſimilitudinē diaboli
⁊ angeloꝝ eius ꝯ̄ ſuam conſcientiam, maieſtatē dei
tatis o ꝑpugnare non trepidat, non h̄ꝫ remiſſionē
in eternum, ſed reus erit eterni delicti, ſicut euange
liſta Marcus euidenter exprimit, qui poſito hoc
Marc 3 domini teſtimonio, ſubiunxit, atq̄ ita ait, quoniam
dicebant, immundum ſpm̄ h̄ꝫ. Nam neq̄ hi q̄ ſpm̄
ſctm̄ non eſſe, neq̄ qui hunc eſſe quidē, ſꝫ deum nō
eſſe, neq̄ q̄ hunc deū q̄dē eſſe, ſed patre filioq̄ mi-
norē credūt ⁊ ꝯfitentᷣ, q̄r nō inuidentia diabolica, ſꝫ
humana ignorantia ducti faciunt h̄, irremiſſibilis
blaſphemie crimine tenentᷣ, q̄ ꝑprie principes Ju-
deoꝝ, ⁊ q̄q̄ ſimiles inuidie peſte corrupti maieſta-
tem blaſphemant, ſine fine peribunt. Tu aūt.

## De martyribus. Mat-
thei decimo.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis: Nihil optum quod nō reueletur, ⁊ ni
hil occultū quod nō ſciatur. Et reliq̄. Ho-
milia beati Hieronymi.

ET quomodo in pre-
ſenti ſeculo, multoꝝ vitia neſciuntᷣ? Sed I. Co. 4
de futuro tempore ſcribitᷣ, quando iudica-
bit deus abſcondita hominum, ⁊ illuminabit late-
bras tenebraꝝ, ⁊ manifeſta faciet conſilia cordi-
um. Et eſt ſenſus, Nolite timere ꝑſecutorum ſeuiti
am ⁊ blaſphemantium rabiem, quia veniet dies iu
dicii, in quo ⁊ veſtra virtus ⁊ eorum nequitia demō
ſtrabitᷣ. ¶ Quod dico vobis in tenebris, dicite in
lumine, ⁊ quod in aure auditis, predicate ſuꝑ tecta,
quod auditis in myſterio, apertius predicate, quod
dicitis abſconſe, publice loquimini, quod vos eru-
diui in paruulo Judee loco, in vniuerſis vrbibus,
⁊ in toto mundo audacter dicite, ¶ Nolite timere
eos qui occidunt corpus, animam autem non poſ-
ſunt occidere. Si qui corpus occidunt, animam nō
poſſunt occidere, ergo anima inuiſibilis ⁊ incorpo
ralis eſt, ſecundum craſſiorem dico corporis noſtri
ſubſtātiam. Uel eo certe tempore punietur ⁊ ſuppli
cia ſentiet, quando priſtinum corpus receperit, vt
cum quo peccauit, cum ipſo ⁊ puniatur. ¶ Eum ti-
mete qui poteſt ⁊ corpus ⁊ animam perdere in ge-
hennam ignis. Nomen gehenne in veteribꝰ libris
non inuenitur, ſed primū a ſaluatore ponitur. Que
ramus ergo que ſit ſermonis huius occaſio? Ido-
lum Baal fuiſſe iuxta Hieruſalem ad radices mon-
tis Moria, in quibus Siloa fluit, non ſemel legimꝰ.
Hec vallis ⁊ parua campi planities irrigua erat, ⁊
nemoroſa plenaq̄ deliciis, ⁊ lucus in ea idolo con-
ſecratus. In tantam aūt populus Iſrael dementi-
am venerat, vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias im
molaret, ⁊ rigorem religionis delicie vincerent fili
osq̄ ſuos incenderent demoniis vel initiarent, et
appellabatᷣ locus ille Gehennon, id eſt, vallis filio
rum Ennon. Hoc Regum volumē, ⁊ Paralipome-
non ⁊ Jeremias ſcribunt pleniſſime. Et cōminatᷣ
deus ſe locum illum impletuꝝ cadaueribus mortu-
orum, vt nequāq̄ vocetur Tophet ⁊ Baal, ſed vo-
cetᷣ Poliandrium, id eſt, tumulus mortuoꝝ. Futu-
ra ergo ſupplicia ⁊ pene perpetue quibus peccato-
res cruciandi ſunt, huius loci vocabulo denotantᷣ.
Duplicem aūt eſſe gehennam, nimiū ignis ⁊ frigo-
ris in Job pleniſſime legimus. ¶ Nonne duo paſ-
ſeres aſſe veneunt? Et vnus ex illis non cadet ſuper
terram ſine patre veſtro. Ueſtri autem ⁊ capilli ca
pitis oēs numerati ſunt. Nolite ergo timere, mul
tis paſſeribus pluris eſtꝫ vos. Heret ſibi ſermo do
minicus, ⁊ ſequentia pendent ex ſuperioribus. Pru
dens lector, caue ſemper ſuperſtitioſam intelligen
tiam, vt non tuo ſenſui attempes ſcripturas, ſꝫ ſcri-
pturis iungas ſenſum tuum, ⁊ intelligas q̄d ſequitᷣ.
Supra dixerat: Nolite timere eos qui corpus occi
dunt, animā aūt non poſſunt occidere, nunc loquitᷣ
conſequenter. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt,
⁊ vnus ex illis non cadet ſuꝑ terram ſine patre ve-
ſtro? Et eſt ſenſus, Si parua animalia ⁊ vilia abſq̄
deo autore non decidunt, ⁊ in omnibus eſt prouidē
tia, ⁊ que in his peritura ſunt, ſine dei voluntate nō
pereunt, vos qui eterni eſtis non debetis timere q̄
abſq̄ dei viuatis prouidentia. Iſte ſenſus ⁊ ſupra Matt. 6
dictus ē: Reſpicite volatilia celi, q̄m non ſerunt ne
q̄ metunt neq̄ ꝯgregāt in horrea, ⁊ pater veſter ce
leſtꝫ paſcit illa. Nōne vos pluris eſtꝫ illis? Ac dein
ceps, Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt ⁊c.
Si aūt fenū agri quod hodie ē, ⁊ cras in clibanū mit
titur deꝰ ſic veſtit, quāto magis vos minime fidei. Luc. 12
Quidā coacte duos paſſeres animā interpretātᷣ ⁊
corpus, quinq̄ quoq̄ paſſeres ſcd̄m Lucā, qui duo



bus aſſibus veneunt, ad ſenſus referunt. Sed quō
illa intelligētia toti euāgelici ſermonis corpori cō-
aptetur, non parue eſt difficultatis. Ueſtri aūt ⁊ ca
pilli capitis oēs nūerati ſunt. Nolite ḡ timere, mul
tis paſſeribus meliores vos eſtis. Manifeſtius no
ſtre expoſitionis ſuperior ſenſus expꝛ̄iſus eſt, q̄d ti-
mere non debeant eos q̄ poſſunt corpus occidere
⁊ animam non poſſunt. Quia ſi ſine dei ſapientia
parua quoq̄ animalia non decidūt, q̄to magis ho
mo qui apoſtolica fultus eſt dignitate? Qd̄ autem
ait, veſtri ⁊ capilli capitis oēs numerati ſunt, immē
ſam dei erga hoīes oſtendit prouidentiam, ⁊ inef-
fabilem ſignat affectum, quod nihil noſtroꝝ deum
lateat, ⁊ etiam parua ⁊ otioſa dicta eius ſcientiā nō
fugiant. Derident intelligentiā eccleſiaſticam in h̄
loco, qui carnis reſurrectionem negāt, q̄ ſi nos ⁊ ca
pillos qui numerati ſunt, ⁊ a tonſore deciſi, omnes
dicamus reſurgere, cum ſaluator non dixerit, veſtri
autem ⁊ capilli omnes ſaluandi ſunt, ſed numerati
ſunt. Ubi numerus eſt, ſcientia numeri demonſtra-
tur, non eiuſdem numeri conſeruatio. Tu aūt.

## De confeſſoribus. Ser-
mo Fulgentij.

DOminicus ſermo
quem debemus oēs non ſolū ſtudioſe
verūetiā ſapiēter audire, cui nos opor
tet humiliter ac delectabiliter obedire, moderati-
onis ſue tenens vbiq̄ temperiem, vt nec ouibus de
ſint pabula, nec paſtoribus alimenta, quedā ſpecia
liter nobis p̄cepit, quedā ꝟo gn̄aliter ⁊ nobis ⁊ vo-
bis. Nobis nanq̄, id eſt, ſeruis, q̄s pater ille famili
as rex omniū dñs, ad hoc in magna ſua domo con
ſtituit, vt populo eius verbū gratie miniſtremus,
ſpecialiter iniungitur ſancte predicationis officiū,
generaliter vero ⁊ nobis ⁊ vobis ſalutaris indicitᷣ
obedientia mandatoꝝ. In quibus denuo mandatꝫ
tanq̄ ditiſſimis ferculis, ſic celeſtium deliciarū co-
pia ſpiritualis exhuberat, vt in verbo dei abundet,
quod perfectus comedat, abundet etiā quod par-
uulus ſugat. Ibi eſt eñ ſimul ⁊ lacteus potus, quo
tenera fideliū nutriatᷣ infantia, ⁊ ſolidus cibus, quo
robuſta perfectoꝝ iuuentus, ſpūalia ſancte virtutꝫ
accipiat incrementa. Ibi prorſus ad ſalutē conſuli-
tur vniuerſis q̄s dñs ſaluare dignatᷣ. Ibi eſt q̄d omī
etati congruat, ibi quod omni profeſſioni conueni
at. Ibi audiuimus precepta q̄ faciamus, ibi cogno
ſcimus p̄mia q̄ ſperemus. Ibi eſt iuſſio que nos per
literā doceat ⁊ inſtruat ad ſciētiam, ibi promiſſio q̄
per gratiam trahat ⁊ perducat ad gloriā. Seruoꝝ
igitᷣ quos populo ſuo prepoſuit dñs, ſpeciale offici
um demonſtrare volens, ait q̄d ex euangelio audi-
uimus. Quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudēs, quē
Mat. 24 ꝯſtituit dñs ſuꝑ familiā ſuā, vt det illis in t̄pe triti-
ci menſurā. Beatus ſeruus ille, quē cū venerit dñs
inuenerit ita facientē. Quis ē iſte dñs fr̄es? Chri-
ſtus ſine dubio, q̄ ſuis diſcipulis ait, Uos vocatis
Joh. 13 me magiſter ⁊ dñe, ⁊ bñ dicitꝫ, ſum eteñ. Que eſt
etiā huius dñi familia? Nimiꝝ illa eſt, quā ipē dñs
de manu īimici redemit, ⁊ ſuo dñio mācipauit. Hec
aūt familia ē ſctā eccl'ia catholica, q̄ ꝑ orbem terre
copioſa fertilitate diffunditᷣ, ⁊ redēpta ſpecioſa ſui
Mat 20 dñi ſanguine gloriatᷣ. Filiꝰ eteñ hoīs, ſicut ipē ait,
nō venit miniſtrari, ſꝫ miniſtrare, ⁊ dare aīam ſuam
redemptionē ꝑ multis. Ipſe eſt etiā paſtor bonꝰ,
qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Grex er-
Joh. 10 go boni paſtoris, ipa eſt familia redēptoris. Diſpē

ſator ꝟo quis ſit, quē oportet eſſe fidelem pariter ⁊
prudentem, Paulus nobis oſtendit apl's, qui de ſe
ſuiſq̄ ſociis loquens ait: Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros Chriſti, ⁊ diſpēſatores miniſteriorum I. cor. 4
dei. Hic iā q̄ritᷣ intᷣ diſpēſatores, vt fidelis q̄s inue-
niatᷣ. Ne q̄s aūt nr̄m ſolos apl'os diſpenſatores fa-
ctos exiſtimet, neglectoq̄ militie ſpiritualis offi-
cio, ſeruus piger infideliter imprudenterq̄ dormi-
tet, ipē beatus apl's epōs q̄q̄ diſpēſatores eſſe oñ-
dēs ait, Oportet eñ ep̄m ſine crimine eē, ſicut dei
diſpēſatorē. Serui ḡ p̄ris familias ſumus, diſpenſa Titū. 1.
tores dñi ſumus, mēſurā tritici quā vobis erogemꝰ
accepimꝰ. Que ꝟo ſit iſta mēſura tritici ſi q̄ramus,
ipaꝫ nobis beatus Paulus oñdit, dicēs, Unicuiq̄ Rom. 12
ſicut deus diuiſit menſurā fidei. Quā ergo menſu-
ram Chriſtus nuncupat, ipam menſurā fidei Pau
lus appellat, vt cognoſcamus nō aliud eſſe ſpūale
triticū, q̄ Chriſtiane fidei venerabile ſacramentū.
Huius tritici menſurā vobis in nomine dñi damꝰ,
quotiens illuminati dono gr̄e ſpūalis, ſcd̄m regu-
lā ꝟe fidei diſputamus, ⁊ eandem tritici menſuraꝫ
per dominicos diſpenſatores accipitis, cū quotidie
per dei famulos verbū ꝟitatis auditis. De ipſa er-
go nunc tritici menſura loq̄mur, ex ipſa ſicut deus
diuidit vniuerſi paſcimur vñ alimēta bone vite ſu
mamus, vt ad eterne vite premia peruenire poſſi-
mus, in illum credentes, in illum ſperantes, illum
pre omnibus ⁊ in omnibus diligentes, qui ſeipſum
nobis ⁊ alimentū preſtat, ne deficiamus in via, ⁊ p̄
miū ſeruat, vt gaudeamus in p̄ria. Chriſtus eſt eñ
alimentū noſtrū, Chriſtus eſt p̄mium noſtrū, Chri
ſtus eſt cibus ⁊ conſolatio currentiū, ipſe eſt ſatie-
tas ⁊ conſolatio quieſcentiū beatoꝝ. Ad ipm̄ itaq̄
tritici menſurā ꝑtinet, quod dñs ait, Uendite que Luc. 12
poſſidetis ⁊ date eleemoſynā, facite vobis ſaccu-
los q̄ non veteraſcunt, theſauꝝ non deficientē in ce
lis, q̄ fur non appropiat, neq̄ tinea corrūpit. Ma-
gnū bonū eſt chariſſimi fr̄es, valde cōgruū, valde
ꝯmodū, ⁊ maxime Chriſtianis oībus appetēdū, vt
vnuſq̄ſq̄ deficere non delectetᷣ in penis, ſꝫ oēs ꝑfi-
cere ſtudeamus in melius. Arbores ſumus fr̄es in
agro dominico ꝯſtitute, deus aūt noſter ē agricola.
Ille nos ꝯpluit, ille colit. Ipē fecūditatē donat, ipē
fructificandi gr̄am ſubminiſtrat. Pluuia dei, ē ſer-
mo ſancte p̄dicationis, cultura dei, infuſio gr̄e ſpūa
lis. Deus igitᷣ precepto nos ꝯpluit, adiutorio co-
lit, dum compluit aufert a nobis ignorantie ſiccita
tem, dum colit, bene viuendi ꝯdonat hubertatem.
Dum pluit, terrā noſtri cordis irrigat, dum vero cō
lit, de ipſa terra ſpinas ⁊ tribulos mūdane cupidi-
tatis extirpat. Debemus itaq̄ fecundari celeſtibus
pluuiis, debemus congrua fructificatione manibꝰ
ſuperni reſpondere cultoris, ⁊ ſi non poſſunt om̄es
arbores equales fructus afferre, nulla tamē in agro
dominico debet ſterilis permanere. Multum me-
tuenda eſt nobis fratres, illa ſententia comminan-
tis, qua dr̄: Om̄is arbor q̄ non facit fructū bonū, exci Mat. 3.
detᷣ ⁊ in ignē mittetᷣ. Quod ſi ſterilitas in ignē mit
titᷣ, rapacitas quid meretᷣ? Aut quid recipiet qui ali
enū tulerit, ſi ſempꝫ ardebit, qui de ſuo non dederit?
Et ſi iudiciū ſine mīa erit illi, qui nō fecit miſericor
diam, q̄le iudiciū erit ei qui fecit ⁊ rapinā? Timea
mus ḡ fr̄es, timeamus actus nr̄os. Obediēs Chri
ſto vendat q̄ poſſidet, ⁊ eleemoſynā det, vt de ter-
ra cor ad celū leuet, vt auaritiā calcet, vt ad ꝑfectiō
nis culmē tota mētis intētiōe feſtinet, vt nō ſit ſoli-
citus q̄ ſunt mundi, ſꝫ q̄ ſunt dñi, vt mundū ſibi cru-
cifixū habeat, ſeq̄ mūdo crucifixum exhibeat, vt ſit
oīno pauꝑ in ſeculo ⁊ diues in Chriſto. Quis igno

ret boni huius magnitudinē? Videmus aūt non oi-
bus venundandaꝝ reꝝ ſuaꝝ ineſſe virtutē. Unuſqſ
qꝫ em̄ ꝓpꝛiū habet donū a deo, alius quidē ſic, aliꝰ
aūt ſic. Ecce hoc tā magnū bonū iplere pauci pn̄t,
oēs non poſſunt. Nunquid quia paucis donat̄ iſta
perfectio, ꝓpterea debent eſſe peſſimi, q̇cunqꝫ in
bono nondū poſſunt eſſe perfecti? Nunq̇d pꝛopter
ea Chꝛiſtianus debet vitio rapacitatis inſiſtere,
qꝛ foꝛte nondum pōt oīa ſua pauperibus erogare?
Aut ideo debet aliena concupiſcere, qꝛ pꝛopꝛia nō
dū poteſt oīno contēnere? Abſit hꝫ frēs ab omibus
Chꝛiſtianis, auertat hoc deꝰ a fidelibꝰ ſuis. Apſus
1. Cor. 6 em̄ ꝟaciter d̄t: Qꝛ neqꝫ auari neqꝫ rapaces, regnū
dei poſſidebūt. Manifeſtū ē aūt, qꝛ oēs q̇ a regno
dei alienabunt̄, in eterno igne cū diabolo eiuſqꝫ an
gelis dānabunt̄. Pꝛoinde dilectiſſimi, ſi nō omes
Luc. 12. pn̄t iplere quod dn̄s ait: Vendite q̄ poſſidetis, illd̄
tn̄ quod adiecit dicens, date eleemoſynā, oībus eſt
poſſibile. Si aſſit bona volūtas, oībus facile, ſi non
aſſit ira, ſi ferueat charitas, cunctꝭ debet eſſe cōe,
vt oībus donet̄ eterna felicitas. Qui ḡ tātā virtu-
tē accepit a dn̄o, vt oīa q̄ i mūdo ſunt celeſtꝭ regni
amoꝛe contēnat, que habet, vendat, ⁊ egenis expē
dat. Quid ꝟo tāte ꝟtutis nondū eſt, de his que hꝫ
inquātū hꝫ, eleemoſynā faciat. Tm̄ operetur bona
voluntas, quātū ſuppetit facultas. Perfectus poſ
ſideat pꝛimū virtutis locū, iperfectus ſaltē ꝑueni
at ad ſecūdū. Efficiatur ille gloꝛioſe dignus, ſit iſte
laudabiliter largus. Sit ille ſancte paupertatis ar
dentiſſimus amatoꝛ, ſit iſte ſanctoꝝ paupeꝝ piiſſi
mus conſolatoꝛ. Habeat iſte apud dn̄ꝫ patronos
pauperes, quos ille ſe gaudet virtutes habere cō-
ſoꝛtes. Sit ille talis q̇ cū dn̄o iudicaturus ſedeat, ſit
iſte talis q̇ ad dexterā iudicandus aſſiſtat. Sit ille
talis q̇ eterna tabernacula ꝑpetuo iure poſſideat,
ſit iſte talꝭ quē ille recipiat. Admonuit em̄ nos dn̄s
Luc. 17. dicens: Facite vobis amicos de māmona iniquita
tis, qui vos recipiāt in eterna tabernacula. Hoc ḡ
fratres neceſſariū eſt oībus nobis, vt in bonis ope
ribus nemo ſit ſegnis, nemo ſit ſterilis, nemo pꝛeſē
tiuꝫ dilectione futura contēnat, nemo eterna de-
ſpiciēs, ſola tēpoꝛalia peruerſus aſpiciat, nemo ſpi
ritualibꝰ coꝛpoꝛalia pꝛeferat, nemo terrena celeſti
bꝰ anteponat. Theſauꝝ noſtrū fratres in celis po
namus, vt etiā coꝛ noſtrū in celis habere poſſimꝰ.
Neceſſe eſt em̄ vt quo pꝛeceſſerat dilectionꝭ the-
ſaurus, illuc etiā cogitatiōis ſeq̄tur effectus. Ideo
Matth. 6 veritas ait, Ubi em̄ theſaurus veſter eſt, ibi ⁊ coꝛ
veſtrū erit. Ubi ergo in celis theſaurizemus, cele-
ſtia diligamus. Vis noſſe vbi theſaurizas? Atten-
de quod amas. Vis noſſe quod amas? Attende q̇d
cogitas. Ita fiet vt theſauꝝ tuū ex toto amoꝛe co-
gnoſcas, ⁊ amoꝛē tuū iudicio tue cogitationis in-
telligas. Oſtendens aūt dn̄s quō in celis theſauri
ꝫare poſſimꝰ ait: Sint lūbi veſtri pꝛecincti, ⁊ lucer
Luc. 12 ne ardētes. Si iſtū dn̄i ſermonē ſcd̄ꝫ literā velimꝰ
accipere, nihil in ea ꝯmodi ſpūalis poſſumus inue
nire. Quid em̄ pꝛoficit ad aīe ſalutē, ſi aliquis coꝛ-
poꝛaliter aut lūbos pꝛecingat, aut lucernā accen-
dat? Alia ergo in pꝛecinctis lūbis ⁊ lucernis arden
tibus querēda eſt intelligentia ſpiritualis, que ſci-
licet diuino ſit pꝛecepto condigna, que noſtre ſalu-
ti congrua reperiat̄ ⁊ cōmoda. Neqꝫ em̄ fruſtra q̇-
dā loco ipſe dn̄s ait, Verba que locutus ſuꝫ vobis,
Iohā. 6 ſpūs ⁊ vita ſunt. In lūbis igit̄ cōcupiſcentia carna
lis oſtendit̄, in lucernis vero fides ⁊ charitas Chꝛi-
ſtiana monſtrat̄. Iubens igit̄ dn̄s lūbos noſtros p̄-
cingi, ꝯcupiſcentias carnales ſine dubio p̄cepit re
frenari. Imperās aūt vt lucernas ardentes habe-
amus, hoc itaqꝫ iubet, vt ⁊ lumine vere fidei ſplen-
deamus, ⁊ ſctē charitatꝭ opibus ferueamꝰ. Iubēs
vt ſint lūbi nr̄i p̄cincti, mādat vt mala deſideria at
qꝫ opa fugiamꝰ. Iubēs vt ſint lucerne nr̄e arden-
tes, monet vt bona diligamus atqꝫ faciamus. Iſta
q̄ de euāgelio ꝓpoſuimus, cū ꝓpheticis ſermonibꝰ
ꝯferamus. Utrūqꝫ em̄ teſtamentū deus vnus inſti-
tuit, vnus dn̄s dedit. Et ſi ſunt vtriuſqꝫ teſtamenti
diuerſa ꝓ tꝑibus ſacramēta, ꝯcoꝛdāt tn̄ in vtroqꝫ ſa
lutis hūane ſn̄ia, q̄ p̄cipit̄ vt non peccemꝰ, ⁊ iubet̄
vt bonis opibus inſiſtamꝰ. Pꝛecepit itaqꝫ dn̄s per
btm̄ Dauid dicēs, Declina a malo ⁊ fac bonū. Per Pſal. 36
Iſaiā q̇qꝫ oēs his admonet ꝟbis, Auferte malū co Iſaie. 1
gitationū vr̄aꝝ ab oculis meis, q̇eſcite agere ꝑuer
ſe, diſcite bn̄facere. Hoc ḡ nūc dn̄s ꝑ ſeipꝫ p̄cepit,
qd̄ vobis etiā ꝑ ſctōs pr̄iarchas ꝓphetaſqꝫ māda
uit. Quid ē em̄, Sint lūbi vr̄i p̄cincti, niſi declina-
te a malo? Quid ē, ſint lucerne vr̄e ardētes, niſi fa
cite bonū? Quid ē, ſint lūbi vr̄i p̄cincti, niſi q̇eſcite
agere ꝑuerſe? Quid ē, ſint lucerne ardētes, niſi di
ſcite bn̄facere? Pꝛecingunt̄ ḡ fideliū lūbi, dū concu
piſcētia mala cōpꝛimit̄, dū iniq̄ cogitatio cohibet̄,
dū libidini reſiſtit aīus, duꝫ laſciuie denegat̄ effe-
ctus, duꝫ calcat̄ luxuria, dū auaritia contēnit̄ ⁊ ra-
pina, dū pꝛoximi leſi debita reddunt̄, dū ſuperbia
vincit̄, dū inuidia ſuperat̄. Ardent vero lucerne fi
deliū, dū recte fidei regulā ſeruāt, dū in ſinu mr̄is
eccleſie longanimit̄ perſeuerāt, dū terrena contē-
nunt ⁊ celeſtia concupiſcunt, dū ſoliciti pacē cuſto
diunt, dū ſe inuicē pure diligūt, dū mutuo ſe hono
re p̄ueniunt, dū māſuetudine coꝛdis ⁊ hūilitate ꝑ
ficiunt, dū miſericoꝛdie opa libent̄ atqꝫ hilarit̄ fa-
ciunt, dūqꝫ in operibus bonis non homini, ſed deo
placere contendunt. Oīs ḡ Chꝛiſtianus p̄cinctos
habeat lūbos, vt fugiat libidinē, ardentē lucernā,
vt cuſtodiat caſtitatē. Pꝛecinctos habeat lūbos,
vt aliq̇d alienū nō rapiat nec furet̄, ardētē habeat
lucernā, vt opp̄ſſo velamē iuſtitie dūtaxat defenſi
onis ipendat. Pꝛecīctos habeat lūbos, vt habēti
non auferat cibuꝫ, ardentē habeat lucernā, vt eſu-
rienti tribuat alimentuꝫ. Pꝛecinctos habeat lum-
bos, vt non expoliet veſtituꝫ, ardentem habeat lu
cernā, vt veſtiat nudum. Pꝛecinctos habeat lum-
bos, vt domum nullius inuadat, ardentem habe-
at lucernā, vt peregrinos Chꝛiſti libenter excipi-
at. Pꝛecinctos habeat lumbos, vt fugiat elatio-
nem, ardentem habeat lucernā, vt ſeruet humilita
tem. Pꝛecinctos habeat lumbos, vt expellat a ſe
inuidiā ⁊ liuoꝛem, ardentem habeat lucernam, vt
purā cunctis exhibeat charitatem. Pꝛecinctos ha
beat lumbos, vt non exhibeat mēbꝛa ſua arma in-
iq̄tatis pctō, ardentē habeat lucernā, vt exhibeat
mēbꝛa ſua arma iuſtitie deo. Hec eſt fratres catho
lice fidei vera ſanaqꝫ doctrina, hec mēſura tritici,
de q̄ dn̄i redemptoꝛis eſt paſcēda familia. Ex hac
vobis quātum dn̄s tribuit damus, ipmqꝫ dn̄m iu-
giter exoꝛamꝰ, vt ⁊ nos ⁊ vos in timoꝛe gratie ſuo
paſcere dignet̄ auxilio. Auferat a nobis dn̄ationē
pꝛaue cupiditatis, donet oībus ꝓfectū ⁊ ꝑſeuerā-
tiā charitatis. Lumbos noſtros ipſe pꝛecingat, lu
cernas noſtras ardere faciat, ardētesqꝫ cuſtodiat,
vt ne frigeſcat nr̄a charitas, nec aliq̄ nobis dn̄et̄
iniq̄tas. Sed dn̄s ac redemptoꝛ noſter oībus gra-



tiam tribuat, vniuerſis donum ſancte illuminatio-
nis ac virtutis infundat. Nobis donet, vt quod ab
illo audiuimus recte intelligamus, ſicut opoꝛtet fa
ciamus, vobiſqꝫ faciendum ſermone ſufficiēti ⁊ cō
gruo p̄dicemus. Vobis q̇qꝫ donet, vt q̇d ab illo per
ſeruos eius auditꝭ, ⁊ coꝛde intelligatis ⁊ ope facia-
tis. Hoc ḡ diuina miſericoꝛdia operet̄ in omnibus
nobis, vt nos quos voluit eſſe diſpenſatoꝛes, fide-
les faciat ⁊ pꝛudentes. Vos quoqꝫ faciat obedien-
tes ⁊ humiles, vt menſuram tritici dominici quā vo
bis damus, communioꝛem vobiſcum ſalubꝛiter at-
qꝫ vtiliter habeamus. Tu aūt.

## De confeſſo. Mat. xxv.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis parabolam hanc. Homo quidam ꝑe
gre pꝛoficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, et
tradidit illis bona ſua. Et reliqua. Homi-
lia beati Gregoꝛij pape.

Lectio ſancti euange
lii fratres chariſſimi, ſolicite conſiderare
nos admonet, ne nos qui plus ceteris in
hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab autoꝛe
mundi inde grauius iudicemur. Cum enim auget̄
dona, rationes etiam creſcunt donoꝝ. Tanto ergo
eſſe humilioꝛ, atqꝫ ad ſeruiendum pꝛomptioꝛ quiſqꝫ
debet ex munere, quanto ſe obligatioꝛem eſſe con-
ſpicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre
pꝛoficiſcitur ſeruos vocat, eiſqꝫ ad negotium talen
ta partitur, poſt multum vero tempoꝛis poſiturus
rationem reuertitur, bene operantes pꝛo appoꝛ-
tato lucro remunerat, ſeruum vero a bono ope-
re toꝛpentem damnat. Quis itaqꝫ iſte homo eſt, q̄
ꝑegre pꝛoficiſcitur, niſi redemptoꝛ noſter, qui in ea
carne quam aſſumpſerat abiit in celum? Carnis em̄
locus pꝛopꝛius terra eſt. Que quaſi ad ꝑegrina du
citur, dum per redemptoꝛem noſtrum in celo collo
cat̄. Sed homo iſte ꝑegre pꝛoficiſcens, ſeruis ſuis
bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpūalia dona
conceſſit. ¶ Et vni quidem dedit quinqꝫ talēta, alii
aūt duo, alii vero commiſit vnum. Quinqꝫ etenim
ſunt ſenſus coꝛpoꝛis, videlicet, viſus, auditus, gu-
ſtus, odoꝛatus, ⁊ tactus. Quinqꝫ igitur talentis do
num quinqꝫ ſenſuum, id eſt, exterioꝛum ſcientia ex-
pꝛimit̄, duobus ꝟo intellectus ⁊ opatio deſignat̄.
vnius aūt talenti noīe intellectus tm̄mō deſignat̄.
¶ Sed is qui quinqꝫ talenta accepat, alia quinqꝫ
lucratus eſt, quia ſunt nōnulli qui ⁊ ſi interna ac my
ſtica penetrare neſciunt, pꝛo intentiōe tn̄ ſupne pa
trie docent recta que poſſunt de ipſis exterioꝛibus
que acceꝑunt, dumqꝫ ſe a carnis petulātia, a terre-
noꝛum ambitu, atqꝫ a viſibilium voluptate cuſtodi
unt, ab his etiam alios admonendo compeſcunt.
Et ſunt nonnulli qui quaſi duobus talentis ditati,
intellectū atqꝫ opationē ꝑcipiūt, ſubtilia de interꝛꝭ
intelligūt, mira in exterioꝛibꝰ opāt̄, cūqꝫ itelligēdo
⁊ opādo aliis p̄dicāt, q̄ſi duplicatū de negotio lucꝝ
repoꝛtant. Bene aūt alia duo vel alia quinqꝫ in lu-
crum veniſſe referuntur, quia dum vtriqꝫ ſexui pꝛe-
dicatio impenditur, quaſi accepta talenta gemi-
nantur. ¶ Sed is qui vnum talentum acceperat,
abiens fodit in terram ⁊ abſcondit pecuniam do-
mini ſui. Talentum in terra abſcondere, eſt acce-
ptum ingenium in terrenis rebus implicare, lucrū
ſpūale non querere, coꝛ a terrenis cogitatiōibus nū
q̄ leuare. Sunt aūt nonnulli qui donū intelligētie
ꝑceperunt̄ ſed tamen ſola que carnis ſunt ſapiunt̄.
De quibus ꝑ pꝛophetam dicit̄. Sapientes ſunt vt Iere. 4
faciant mala, bene aūt facere neſcierunt. Sed dn̄s
qui talenta contulit, rationem poſiturus redit, qꝛ is
qui nunc pie ſpiritualia dona tribuit, diſtricta in iu-
dicio merita exquirit, quid quiſqꝫ accepit conſide-
rat, ⁊ quod lucrū de acceptis repoꝛtet penſat. Ser
uus qui geminata talenta retulit, a dn̄o laudat̄, atqꝫ
ad eternam remunerationem intromittitur, cum ei
voce dn̄ica dicit̄: ¶ Euge ſerue bone ⁊ fidelis, quia
ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupꝛa multa te conſtituā,
intra in gaudiū domini tui. Pauca quippe ſunt bo
na omnia pꝛeſentis vite, quamlibet multa eſſe vide
antur, comparatione retributiōis eterne. Sed tūc
fidelis ſeruus ſuꝑ multa conſtituit̄, quando deuicta
omni coꝛruptionis moleſtia, de eternis gaudiis in
illa ſede celeſti gloꝛiat̄. Tunc ad dn̄i ſui gaudium ꝑ
fecte intromittit̄, quādo in eterna illa patria aſſum
ptus, atqꝫ angeloꝝ cetibus admixtus, ſic interius
gaudet de munere, vt non ſit iā quod exterius do-
leat de coꝛruptione. Seruus aūt qui opari de talen
to noluit, ad dn̄m cum ꝟbis excuſationis redit, di-
cens, ¶ Domine ſcio quod homo durus es, metis
vbi non ſeminaſti, ⁊ congregas vbi non ſparſiſti, ⁊
timens abii ⁊ abſcondi talentum tuum in terra, ec-
ce habes quod tuum eſt. Notandum qꝫ inutilis ſer-
uus durum dominum vocat, cui tamen ad lucrum
deſeruire diſſimulat, ⁊ timuiſſe ſe dicit in lucrum ta
lentum expēdere, q̄ hoc ſolum timere debuerat, ne
hoc ſine lucro ad dominum repoꝛtaret. Sunt enim
pleriqꝫ intra ſanctam eccleſiā, quoꝝ iſte ſeruus ima
ginem tenet, qui melioꝛis vite vias aggredi metu-
unt, ⁊ tn̄ iacere in ſui toꝛpoꝛis ignauia non ꝑtime-
ſcunt. Cunqꝫ ſe peccatoꝛes conſiderant, ſanctitatis
vias arripere trepidant, ⁊ remanere in ſuis iniquita
tis non foꝛmidant. Quoꝝ bene Petrus adhuc i in
firmitate poſitus ſpeciem tenet, cum viſo miraculo
piſcium dixit, Exi a me domine, quia peccatoꝛ ho-
mo ſum. Immo ſi peccatoꝛem te conſideres, opoꝛ- Luce. 5
tet vt a te dn̄m non repellas. Sed qui idcirco meli-
oꝛis habitus vias ⁊ rectioꝛis vite appꝛehēdere ar-
cem nolunt, quia infirmos ſe eſſe conſpiciunt, quaſi
⁊ peccatoꝛes ſe fatent̄ ⁊ dominum repellunt, eūm-
qꝫ in quo ſanctificari debuerant fugiunt, ⁊ velut in
ꝑturbatione conſilium non habent, dum moꝛiunt̄
⁊ vitam timent. Unde ⁊ huic ſeruo pꝛotinus reſpō-
det̄. ¶ Serue male ⁊ piger, ſciebas quia meto vbi
non ſemino, ⁊ congrego vbi non ſpargo, opoꝛtuit
ḡ te dare pecuniam meam nūmulariis, ⁊ ego veni-
ens recepiſſem vtiqꝫ quod meuꝫ eſt cum vſura. Ex
ꝟbis ſuis ſeruus piger conſtringit̄, cum dominus
d̄t, Meto vbi non ſemino, ⁊ congrego vbi nō ſpar
ſi. Ac ſi apte dicat, Si iuxta tuam ſententiam, ⁊ il-
lud exquiro a te quod non dedi, quanto magis a te
exigo quod ad erogandum dedi? Opoꝛtuerat ḡ te
dare pecuniam meam nūmulariis, ⁊ ego veniens
vtiqꝫ recepiſſem quod meum eſt cum vſura. Pecu-
niam ꝟo nummulariis dare, eſt eis ſcientiam p̄dica
tionis impendere, qui hanc valeant ⁊ dictis ⁊ opi-
bus exercere. Sed ſicut noſtrum periculum aſpici
tis ſi dominicam pecuniam teneamus, ita veſtrum
fr̄es chariſſimi ſolicite penſate, quia cum vſuris a
vobis exigit̄ quod audiſtis. In vſura quippe pecu
nia etiam non data recipit̄. Cum enim hoc reddit̄
quod acceptum fuerat, etiam illud ſuꝑimpenditur
quod acceptum non eſt. Penſate fr̄es chariſſimi,
quia de accepta hac ꝟbi pecunia vſuras ſoluetis, ⁊
curate vt ex eo quod audiſtis, etiam alia ſtudeatis
intelligere que non audiſtis, quatenus alia ex aliis

collige͏ntes,etiam illa diſcatꝫ ex vobiſmetipſis age
re,que necdum ex predicatoris ore didiciſtis. Pi-
grum vero ſeruum,que ſententia feriat audiamus.
¶ Tollite ab eo talentum,⁊ date ei qui habet decē
talenta. Oportunum valde videbatur,vt cum malo
ſeruo vnum talentum tolliť, ei potius ꝗ duo ꝗ̃ qui
quinqꝫ talenta acceperat dareť. Illi em̄ dari debu-
it,ꝗ minus ꝗ̃ ꝗ plus habuit. Sed ſicut ſupius di-
ximus,ꝑ quinqꝫ talenta quinqꝫ vicꝫ ſenſuum,id eſt
exterioꝝ ſcientia deſignať,ꝑ duo autem intellectꝰ
⁊ opatio exprimiť. Plus ḡ habuit qui duo ꝗ̃ ꝗ qn-
qꝫ talenta accepat,quia qui ꝑ qnqꝫ talenta exterio
rum adminiſtrationem meruit,ab intellectu inter-
noꝝ vacuus fuit. Unum ḡ talentum,ꝑ quod intelle
ctum ſignificari diximus,illi dari debuit,qui bene
exteriora que accepat miniſtrauit. Quod quotidie
in ſancta eccleſia agi cernimus,qꝛ pleriqꝫ dum bene
miniſtrant exteriora que accipiunt,ꝑ adiunctā gra
tiam ad intellectum quoqꝫ myſticū ꝑducunť,vt et-
iam de interna intelligentia polleant,ꝗ exteriora
fideliť adminiſtrant. Generalis etiam ſententia ſub
diť,cum dꝛ: ¶ Omni enim habenti dabiť,⁊ abun-
dabit,ei autem ꝗ non habet,⁊ ꝗd videť habere au-
fereť ab eo. Habenti nanqꝫ dabiť ⁊ abundabit,ꝗa
ꝗſquis charitatem habet,etiam dona alia ꝑcipit.
Quiſqs charitatem non habet,etiā dona que ꝑce
piſſe videbať,amittit. Unde neceſſe eſt frēs mei,vt
ꝑ omne quod agitis,erga charitatis cuſtodiam vi-
giletis. Charitas autem veſtra eſt,⁊ amicum dili-
gere in deo,⁊ inimicum diligere ꝓpter deum. Quā
mat.22. ꝗſqs non habet,omne bonum amittit quod habet,
talento quod accepat priuať,⁊ iuxta dominicā ſen
tentiam,in tenebras exteriores mittiť. Per penas
ꝗppe in exteriores cadet,ꝗ ꝑ culpam ſuam ſponte
in interiores tenebras cecidit. Illic coactus patiť
tenebras vltionis,qui hic libēter ſuſtinuit tenebras
voluptatis. Sciendū ꝟo eſt,ꝙ nullus piger ab hac
talenti acceptione ſecurus eſt, Nullus nanqꝫ eſt ꝗ
ꝟaciter dicat: Talentum minime accepi,non eſt vn
de rationem ponere cogar. Talēti em̄ nomine,cui-
libet paupi etiam hoc ipſum reputabitur,quod vel
minimum accepit. Alius nanqꝫ accepit intelligen-
tiā predicationis,miniſterium debet ex talēto. Ali-
us terrenam ſubſtantiam accepit,erogationem ta-
lenti debet ex rebus. Alius nec intetelligentiam in
ternoꝝ,nec reꝝ affluentiam accepit,ſed tn̄ didicit
artem qua paſciť,ipſa ars ei in talenti acceptiōe re
putabitur. Alius nihil horum aſſecutus eſt,ſed ta-
men fortaſſe locum familiaritatis apud diuitem me
ruit,talentum profecto familiaritatis accepit. Si
ḡ nihil ei ꝓ indigentibus loꝗtur,ꝑ talenti retentio
ne damnatur. Habens igiť intellectum,curet omni
no ne taceat. Habens reꝝ affluentiam,vigilet ne a
miſericordie largitate torpeſcat. Habens artem ꝗ̃
regiť,magnope ſtudeat,vt vſum atqꝫ vtilitatem il
lius cum proximo partiatur. Habens alloquēdi lo
cum apud diuitem,damnationem ꝓ retento talen-
to timeat,ſi cum valeat non apud eum precibus in
tercedat. Talentum quippe ab vnoquoqꝫ noſtrum
venturus iudex exigit,quantū dedit. Ut ḡ de talen
ti ſui rationibus,redeūte dn̄o quiſqꝫ ſecurus ſit cū
timore penſet quotidie quod accepit. Ecce nam
qꝫ iam iuxta eſt,vt ille qui peregre ꝓfectus eſt rede
at. Quaſi ꝑegre quippe abiſt,ꝗ ſcꝫ de hac terra in
qua natus eſt longe diſceſſit. Sed profecto reuerti
tur,vt de talentis ratiōes ponat,quia ſi a bona acti
one torpeſcimus,de ipſis donis que contulit nos di
ſtrictius iudicat. Conſideremus igitur que accepi-
mus,atqꝫ in erogatione vigilemus. Nulla nos a ſpi
rituali oꝑe terrena cura impediat,ne ſi in terra talē
tum abſcondiť, talenti dn̄s ad iracundiam prouo-
cetur. Piger ḡ ſeruus cum iam iudex culpas exami
nat,talentum de terra leuat,quia ſunt pleriqꝫ ꝗ tūc
ſe a terrenis deſiderijs vel oꝑibus ſubtrahunt,qn̄
iam ꝑ animaduerſionem iudicis ad eternum ſup-
plicium trahuntur. Ante ḡ de talenti noſtri ponen-
da ratione vigilemus, vt cum iam iudex ad ferien
dum imminet, lucrum nos quod fecimus excuſet.
Tu autem domine.

## De confeſſoribus Mat thei.xxv.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis parabolam hāc. Homo quidam per-
egre proficiſcens,vocauit ſeruos ſuos et
tradidit illis bona ſua. Et reliqua. Homi-
lia Haymonis epiſcopi.

IN ſimilitudinibus
quas ad ignorantiam noſtram inſtruendā do
minus propoſuit,ſolicite conſiderādum eſt,
qꝛ ſic quedam ad noſtram proponunť admonitio-
nem,vt ſpecialiter ad ipſum dei ⁊ hominum perti-
neant mediatorem. Quod in huius lectionis ſerie
comprobatur,cum dꝛ, ¶ Homo quidam ꝑegre ꝓ
ficiſcēs vocauit ſeruos,⁊ tradidit illꝭ bona ſua. Ho
mo enim iſte ꝑ ſimilitudinem dominus Jeſus Chri
ſtus accipiendus eſt,qui cum ſit deus ante ſecula
homo factus eſt in fine ſeculoꝝ. De quo ſcriptū eſt,
Homo factus eſt in ea,⁊ ipſe fundauit eam altiſſi- Pſal.86
mus. Iſte autem homo ꝑegre profectus eſt,quan
do carnem ſuā quam ex hominibus aſſumpſit,aſcē
dendo in celum eleuauit. Ex eo em̄ tempore ꝗ pri-
mo homini dictum eſt: Terra es,⁊ in terram ibis, Gen̄.3.
locus proprie carnis terra eſt. Sed iſte homo pere
gre profectus eſt,ꝗa caro quam aſſumpſit,non cor
ruptionem vidit,ſed poſt reſurrectionem in celos
aſcendit. Huius hominis ſerui,homines ſunt,ꝗs ſi
bi ad ſeruiendum,ſeqꝫ laudandum rationabiles cō
didit. Huic autem homini ſeruire ſumma libertas
eſt,ab eius ſeruitute recedere turpiſſima ſeruitus
eſt Huius ſe ſeruum gloriabať Paulus cū dicebat:
Paulus ſeruus Chriſti Jeſu. Et iteꝝ: Gratias ago 2.Ti.I.
deo meo,cui ſeruio a ꝓgenitoribus meis. Et Pſ. Pſ.115
Ego ſeruus tuus ⁊ filius ancille tue. Et iteꝝ, Seruꝰ
tuus ſum ego. Bona aūt huius hoīs,ſpiritualia do Pſ.118
na ſunt,id eſt,ꝟtutes aīe,ꝗ de eius bonitate ſunt na
te,⁊ illius largitate nobis collate,ꝗlis eſt charitas
pax,patientia,humilitas,caſtitas,ſobrietas,⁊ his
ſimilia. Ergo ꝑegre ꝓfecturus,vocatꝭ ſeruis tradi
dit bona ſua,ꝗa ſpūalibus ſpūalia dona conceſſit.
Et ꝗa eadem dona nō om̄es eꝗliter accipiunt,ſed
ſcd̄m dantis diſtributionē,alius plus,alius minus
ꝓficit,recte dꝛ: ¶ Et vni dedit qninqꝫ talenta,alij
duo,alij ꝟo vnum,vnicuiqꝫ ſcd̄m ꝓpriam ꝟtutem,
⁊ ꝓfectus eſt ſtatim. Sicut talentum apud antiꝗs
varijs modis librabatur,ita dona ſpūs ſancti diuer
ſa ſunt iuxta accipiētiū merita nō in ſe,ſꝫ in alijs ꝗ
ea accipiūt. Nam ab vno domino diuerſa dona ſer-
uis danť,iuxta illud quod ait aplꝯ. Alij quidem ꝑ
ſpm̄ datur ſermo ſapientie,alij aūt ſermo ſcīe ſcd̄m I.Co.12
eundem ſpm̄,alteri fides in eodē ſpū,alij gratia ſa-
nitatū in vno ſpū,alij opatio ꝟtutū,alij prophetia,
alij diſcretio ſpūum,alij gn̄a linguaꝝ,alij interpre-
tatio ſermonum. Hec aūt om̄ia opatur vnus atqꝫ
idē ſpūs,diuidens ſingulis ꝓut vult. In qnqꝫ ergo



talentis,quinqꝫ ſenſus corporis deſignātur,per ꝗs
exterior homo regitur,viſus,videlicet,auditus,gu
ſtus,odoratus,⁊ tactus,in duobus aūt intellectus
⁊ operatio deſignatur. Et vnius talenti nomine in
tellectus ſolūmō exprimiť. Plus ḡ accipit cui duo
ꝗ̃ cui quinqꝫ talenta cōmiſſa ſnnt,quia ſunt nōnul
li qui per exteriores ſenſus opera que poſſunt ope
rātur,⁊ tamen in intellectu ſpirituali minus ꝓfici-
unt. Sunt vero ⁊ aliqui qui ⁊ exttinſecus magna
agunt,⁊ interius maiora intelligunt. Sunt etiā ali
Hier.4. qui qui vnū tm̄ talentū accipiunt,quia bona qui-
dē intelligunt,ſed operari minime ſtudent. De qui
bus ſcriptū eſt,Sapientes ſunt vt faciāt mala,be
ne autē facere neſcierūt. Quod autē ſtudio in mul
tiplicandis bonis operibus inſiſtere debeamꝰ,ma
nifeſtať cū ſubditur, ¶ Abijt aūt qui quinqꝫ talen-
ta acceperat ⁊ operatus eſt in eis,⁊ lucratus ē alia
quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat,lucratus eſt
alia duo. Iā ſuperiꝰ per quinqꝫ talenta,quinqꝫ cor
poris ſenſus,⁊ per duo,intellectū ⁊ operationē di
ximus deſignari. Quinqꝫ ergo talenta geminare,
eſt per exteriores ſenſus deuotiſſime deo ſeruire,
tribuendo eſurienti cibū,ſitienti potū,nudo veſti-
tū,in carcere poſitū requirendo,infirmū viſitādo,
mortuū ſepeliendo,aliaqꝫ pietatis opera implen-
do,ꝗſi em̄ talenta multipli cādo geminanť,quādo
nonnulli tardiores in ſenſu per conſuetudinē boni
operis,in intellectu ſpirituali proficiunt. Duo quo
2Tim.2 qꝫ talēta gemināt,qui bn̄ viuēdo ⁊ docēdo,eccleſi
am dei multiplicare non negligunt,illud attenden
tes quod ad Thimotheū ſcribitur,Doctrinā quā
accepiſti a me,cōmenda hominibꝰ qui idonei ſunt
⁊ alios doccre. Taliter accepta talenta ſeruis ſpi-
Ro.12. ritualibus geminare ſuadebat apoſtolus cū dice-
bat,Habentes donationes ſecundū gratiā que da
ta eſt nobis differentes. Siue prophetiā ſecundū
rationē fidei,ſiue miniſteriū in miniſtrādo,ſiue qui
docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando
qui tribuit in ſimplicitate,qui preeſt in ſolicitudi-
ne,qui miſeretur in hilaritate. ¶ Qui aūt vnū ac-
ceperat,abiēs fodit ī terrā,⁊ abſcōdit pecuniā dn̄i
ſui. Quaſi em̄ vnū talentū in terra abſcōdit,ꝗ inge
niū quod a deo accepit,in terrenis actibus occu-
pat,ſeſeqꝫ totū in mundi amore obligat. Sed veni
et tēpus quādo ſpirituales de acquiſito lucro gau-
deant,⁊ mundi amatores pro ſuis cupiditatibꝰ eru
beſcāt,vnde ⁊ ſubditur, ¶ Poſt multū vero tēpo-
ris venit dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ,⁊ poſuit rationē cū eis.
Poſt multū tēpus dn̄s redire diciť,quia longū ſpa
tiū eſt inter dn̄i aſcenſionē ⁊ ſecundū eius aduen-
Ro.14. tū. Tunc em̄ ratio cū ſeruis poneť,quādo diſtricte
a nobis exiget dona,que miſericorditer nobis tri-
buit,quādo aſtabimꝰ ante tribunal Chriſti,vt apo
ſtolus ait,rationē pro his que geſſimus reddituri,
Felix āt qui in illa hora diſcuſſionis talis inuentꝰ
fnerit,qualis iſte memoratur de quo ſubdiť: ¶ Et
accedens qui quinqꝫ talēta acceperat,obtulit alia
quinqꝫ talenta,dicens: Dn̄e quinqꝫ talenta tradi-
diſti mihi,ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ex
quinqꝫ em̄ talentis alia quinqꝫ lucrať,qui per quin
qꝫ ſenſus corporeos quos ſupra diximus,bona que
poteſt operať. Sunt em̄ nonnulli in eccleſia qui cū
tardiores videantur ingenio,tn̄ cū per exteriꝰ mi-
niſteriū fideliter ſeruiunt,eius munere ad ſpiritua
lē intellectū perducunť,intm̄ vt etiā aliqn̄ in eccle
ſiaſticū magiſteriū eliganť. Qualē aūt mercedē ſit
recepturus,manifeſtať,cū ſubditur: ¶ Ait illi dn̄s
eius: Euge ſerue bone ⁊ fidelis,quia ſupra pauca
fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituā,intra in gau
diū dn̄i tui. Pauca em̄ ſunt om̄ia preſentis vite ad
cōperationē futuroꝝ bonoꝝ,ꝗuis magna eſſe vi-
deātur. Qui ergo ſuper pauca fidelis fuit,ſuꝑ mul
ta conſtituiť,qꝛ is ꝗ terrenā ſubſtantiā bene diſpē
ſauit,pro rebꝰ tranſitorijs perpetuā accipiet mer
cedē,audiens ab ipſo iudice. Uenite benedicti pa-
tris mei,percipite regnū quod vobis paratū eſt a mat.25.
conſtitutione mundi. ¶ Acceſſit aūt ⁊ qui duo ta-
lenta acceperat,⁊ ait,Dn̄e duo talenta tradidiſti
mihi,ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Siliter alia
duo lucratur talenta,qui a dn̄o duo acceperat,qn̄
is qui intellectū ⁊ operationē habet,non ſolū bene
viuendo,ſed etiā bene docendo plurimos ad amo
rē dei vocat. Notandū aūt ꝙ ⁊ is ꝗ de qnqꝫ talentꝭ
decē,⁊ is qui de duobus quatuor reportauit,equa
li voce collaudātur,cū vtriqꝫ a dn̄o diciť: Euge ſer
ue bone ⁊ fidelis,quod eſt,bene gaude. Et qualiť
ſeruus cū dn̄o gaudeat,declaratur cū ſubinfertur:
Quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te cō
ſtituā. Cui recte diciť,intra in gaudiū dn̄i tui,quia
cū tātis,⁊ pro tātis mercedē accipiet,quātos bene
viuendo,bene docendo lucratus eſt. In quibus ꝟ
bis intelligimus,ꝗa illi maiorē mercedē ſunt a dn̄o
in eterna vita recepturi,ꝗ bene viuendo (vt dixi-
mus) ⁊ bene docendo,ad alioꝝ eruditionē vel do-
ctrinā,ſpiritualiter inuigilāt. Quod alibi dn̄s apti
us declarat cū dicentibus apoſtolis: Dn̄e ad nos
dicis hāc parabolā,an ⁊ ad om̄es? Reſpōdit,Quiſ
putas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens,quē conſtituit
dn̄s ſuus ſuper familiā ſuā,vt det illis cibū in tēpo
re. Beatus ille ſeruus quē cū venerit dn̄s eius in-
uenerit ſic facientem. Amen dico vobis,qm̄ ſuper
om̄ia bona ſua conſtituet eū. Qui em̄ ſuper om̄ia
bona conſtituiť,duplicē mercedē accipiet,non ſo-
lū ꝗa ſancte vixit,ſed etiā ꝗa digne docuit. Un̄ Da
niel cū de reſurrectione mortuoꝝ loquereť,vt oſtē
deret magiſtros ſpirituales ſuper oīa bona conſti-
tuendos ait,Qui aūt docti fuerint,fulgebunt qua
ſi ſplendor firmamenti,⁊ ꝗ ad iuſtitiā erudiūt mul-
tos,ꝗſi ſtelle in perpetuas eternitates. Quā deſi-
derabilē vocē ⁊ ineffabile gaudiū audire deſide-
rās beatiſſimus pater noſter,cuius hodie feſtiuita
tē celebramus,talentū ſibi creditū bene docendo
⁊ bene viuendo ſtuduit erogare,vt geminatū illud
dn̄o reportaret,non tm̄ monendo pios,ſed etiā cō-
primendo reprobos. Et ideo qꝛ iuxta ſcripture vo-
cē,gaudiū pr̄is eſt filius ſapiens,tāta huius excreſ
cunt merita gaudioꝝ,quāta incrementa proficiūt
ſpiritualiū filioꝝ. Unde neceſſe eſt vt vnuſqſqꝫ no-
ſtrū fratres chariſſimi,huius beatiſſimi pr̄is noſtri
veſtigia ſequētes,talentū quod a deo accepimus,
non in terra abſcondamus,ſed cū magno deſiderio
erogare ſtudeamus,vt geminatū dn̄o referamus.
Et qꝛ alius artē legendi alius cātandi,alius predi-
cādi,alius pingendi,alius ea que ad ornatū eccle-
ſie pertinent fabricādi talentū accepit,alijs hoc
quod didicit ſtudeat erogare. Non ſolū in eccleſia
ſticis miniſterijs,ſed etiā ſunt tales in hꝯ pplo,ꝗ di
uerſas artes habent quibus victitāt,alij cementa
rij,alij lignarij,alij fabri,alij ſectores ⁊ vnicuique
ars ꝗ paſcitur pro talenti cōmendatione reputabi
tur,⁊ ſi in hoc quod ſcit alios inſtruit,mercedem in
futuro recipiet. Qualiter aūt huiuſmodi talentum

quod accepit erogare debeat, dñs oſtendit cū ait,
Mat. 10 Gratis accepiſtis, gratis date. Unde neceſſe ē fra-
tres dilectiſſimi vnicuiqꝫ noſtrum, vt cum ſumma
diligentia vigilanter cogitet, quatenus talentū q̃d
accepit, duplicatū dño repreſentet, ſi aūt ſue talen
tum vtilitatis prodeſſe aliis non vult, timeat incre
pationem quā is qui talentū vnum in terra abſcon
dit, a domino audiuit. Serue male ⁊ piger, quare
non dediſti pecuniam meam nummulariis? Et ego
veniens, recepiſſem vtiqꝫ quod meum eſt cum vſu
ra. Et implebitur quod ſeq̄r, ❡ Tollite ab eo talē-
tum, ⁊ date illi q̄ hꝫ decem talenta, q꞉ quecūqꝫ ſine
charitate operatus eſt, bona in conſpectu dei non
ſunt, q̄uis bona corā hoībus videant. Tanto em̄
q̄ſqꝫ ampliorē gloriā cū dño poſſidebit, q̄to largi-
us talētū acceptū ꝓ eius amore erogauerit, q̄d ipe
p̄ſtare digne᷑, q̄ cū p̄re ⁊ ſp̄ūſancto viuit ⁊c.

## De confeſſoribus. Luce decimonono.

❡ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis parabolam hanc. Homo quidam no
bilis abijt in regionem longinquam acci-
pere ſibi regnū et reuerti. Et reliqua. Ho
milia venerabilis Bede preſbyteri.

QUoniam diſcipuli
ſupra audita domini paſſione vel reſur
rectione Hieroſolymis implenda, non
intelligendo que dicebantur exi-
ſtimantes continuo regnum dei
eſſe venturum, hanc eorum ignorātiam illumināṡ,
oſtendit ſe primo ſui regni fidem toto orbe diſper
ſurum, ac ſic in fine mundi, iudicem omnium ſeculo
rum regemqꝫ venturum. Dixit ergo. ❡ Homo qui-
dam nobilis abiit in regionem longinquam, accipe
re ſibi regnū ⁊ reuerti. Hō nobilis ille eſt, cui ſupe-
Joh. 12. rius cecus clamabat. Fili Dauid miſerere mei, ⁊ ve
niēti Hieroſolymā ꝯcinebāt. Oſanna filio Dauid,
bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i rex Iſrael. Longinq̄
regio eccl'ia ē ex gentibus, de q̄ eidem hoī nobili q̄
Pſal. 2 loqui᷑, Ego aūt ꝯſtitutus ſum rex ab eo, ⁊c. a p̄re:
poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatē tuā, et
poſſeſſionem tuam terminos terre. Que vicꝫ here
ditas ac poſſeſſio, bifaria ratiōe regio longinq̄ vo-
ca᷑, vel q꞉ a finibus terre clamat ad dn̄m, vel q꞉ lon
ge eſt a peccatorib⁹ ſalus, ⁊ cū de⁹ vbiqꝫ ſit pn̄s, lō
ge tn̄ ab eoꝝ ſenſu q̄ idola colunt, de⁹ verus abeſt.
Sed q̄ erāt longe, facti ſunt ꝓpe in ſanguine Chri
ſti. ❡ Uocatꝫ aūt decē ſeruis ſuis, dedit eis decem
mnas. Denarius nūerus ad legē ꝑtinet prop᷑ deca
logū. Uocat igi᷑ paterfamilias decē ſeruos, q꞉ ele
git diſcipulos ꝑ literā legis imbutos; Dat eis decē
Luc. 24. mnas, q꞉ dicta legis ſp̄ūaliter intelligēda reuelat.
Poſt paſſionem q̄ppe reſurrectionemqꝫ ſuam ape
ruit illis ſenſum vt ītelligerēt ſcripturas. Mna nāqꝫ
quā Greci minam vocant, centum drachmis appē-
di᷑. Et om̄is ſcripture ſermo q꞉ vite celeſtis ꝑfecti
onē ſuggerit, quaſi numeri centenarii pondere ful-
geſcit. ❡ Et ait illis, Negociamini dū venio: Uer-
ba, inq̄t, legis ac ꝓphetaꝝ myſtica interpretatio-
ne diſcuſſa ppl'is offerte, atqꝫ ab eis fidei confeſſio
Pſal. 80 nem, moꝝqꝫ probitatē recipite. Juxta qꝺ Pſalmi
ſta ſuis auditoribus precipit, dicens, Sumite pſal-
mū ⁊ date tympanū, hoc eſt laudem predicationis
in cordis intentione ꝑcipite ⁊ deuotionē operis in
carnis caſtigatiōe adhibite. Tympanū q̄ppe Da

cuid, ē pellis in ligno extenta. Pellis ꝟo in ligno ex
tenta, caro ē nr̄a ad exemplū dn̄ice crucis afflicta.
❡ Ciues aūt eius oderāt eū, ⁊ miſerūt legationem
poſt illū dicētes, Nolumus hunc regnare ſuꝑ nos. Joh. 15.
Ciues impios Judeos ⁊c., de q̄bus alibi ꝓteſta᷑.
Nunc aūt ⁊ viderūt, ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrē meum.
Qui nō ſolū preſentem vſqꝫ ad mortem crucis ode-
runt, ſed etiā poſt reſurrectionē eius immiſerūt apo
ſtolis ꝑſecutionē, ⁊ p̄dicationē regni celeſtis ſpre-
uerunt. ❡ Et factū ē vt rediret accepto regno. Si-
gnificat tempus qn̄ in manifeſtiſſima ⁊ eminentiſſi
ma claritate venturus eſt, qui eis humilis apparu-
it, cū diceret. Regnū meum non eſt de hoc mundo. Joh. 18.
❡ Et iuſſit vocari ſeruos, q̄bus dedit pecuniā, vt
ſciret q̄tum quiſqꝫ negociatus eſſet. Ut ſciret, inq̄t, Joh. 16
non q̄ eum quid lateat cui veriſſime dictū eſt, Dn̄e
tu omnia ſcis, ſed ſciret, ⁊c., id eſt, ſcire omnes face-
ret. Tunc em̄ omnium opera ⁊ cogitationes palam
omnibus oſ̄duntur, quomō in Deuteronomio, Tē Deut. 13
tat, inquit, vos dn̄s deus veſter, vt ſciat ſi diligitis
eū, hoc eſt, ſciri faciat. Nemo ſane arbitre᷑ eos ſolū
modo quibus gratia predicandi data eſt, nō autem
⁊ eos q̄bus predicata eſt, ad iudiciū tunc eſſe vocā
dos, Ipſi ſunt em̄ pecunia quam boni ſerui acquiſi
ere mercando, quin etiā ſciat eos q̄qꝫ quibus nun-
q̄ eſt p̄dicatū, ibidē eſſe damnandos, de quibus in
fra dicemus. ❡ Uenit aūt p̄mus dicens, Dn̄e, mna Ephe. 4
tua decē mnas acquiſiuit. Primus ſeruus ordo do-
ctoꝝ eſt in circunciſionem miſſoꝝ, qui vnam mnam
negotiaturus accepit, q꞉ vnum dn̄m, vnā fidē, vnū
baptiſma, vnū deū p̄dicare miſſus ē. Sed hec eadē
mna decem mnas acquiſiuit, populū ſub lege cōſti
tutū, ſibimet docendo ſociauit. ❡ Et ait illi, Euge
ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris pote-
ſtatē hn̄s ſuper decem ciuitates. In modico ſeru⁹
eſt fidelis, quia non adulterat verbū dei, ſꝫ ſicut ex
deo coram deo in Chriſto loquitur. Quicquid em̄ I. cor. 13.
in preſenti percipimus donoꝝ, in comparatione fu
turoꝝ per paucum eſt ⁊ modicū, quia ex parte co-
gnoſcimus, ⁊ ex parte prophetamus, cū aūt vene-
rit q̄d ꝑfectū eſt, euacuabi᷑ quod ex parte eſt. Ciui
tates aūt decē ſunt aīe ꝑ legis verbū ad gratiā euā
gelii venientes, quibus iure tunc glorificandus ille
p̄ponitur, qui eis pecuniam verbi digne deo com-
mendauerat. Unde q̄dam negotiator egregius ciui
tates quibus preerat, hoc eſt, animas quas regen-
das acceperat alloquēs, Que eſt, ait ſpes nr̄a, aut I. theſſ. 2
gaudiū, aut corona glorie? Nonne vos ante domi-
nū Jeſum? ❡ Et alter venit dicēs, Dn̄e mna tua fe
cit quinqꝫ mnas. Seruus iſte, cetus eſt coꝝ qui pre
putio euāgelizare miſſi ſunt. Cui dn̄s ad p̄dicādū
admonet, iuxta quod alibi loquitur, dicẽs: Theſau-
rizate vobis theſauros in celo, vbi neq; erugo, neq; Mat.6.
tinea demolitur, ⁊ vbi fures non effodiunt, nec furã
tur, ⁊ vbi theſaurus tuus, ibi ⁊ cor tuum. Qui profe
cto theſaurus tanto magis cumulatꝛ, quanto magis
temporalis theſaurus atq; facultas ſtudioſius pro
deo expẽditꝛ. Unde de eo qui theſaurum inuenit dꝛ.
¶Et pre gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuerſa que
habet, ⁊ emit agrũ illum. Ager in quo theſaur⁹ abſ-
conditus inuenitur, nos ſumus, ſi tamẽ in nobis ma
net celeſte deſideriũ. Quem ille venditis omnibus
comparat, qui corpus ſuum per celeſtꝭ patrie diſci-
plinam affligit in ieiuniis, vigiliis, et orationibus.
Sed et ille agrum cũ theſauro inuẽto datis omib⁹
emit, qui crucifigens mẽbra ſua cũ vitiis ⁊ ꝯcupiſcẽ
tiis, chriſtũ ſequitꝛ, ⁊ quodãmodo ſpirituali venũda
tiõe ſeipm̃ mutat, declinãdo a malo ⁊ faciendo bo-
num. Hunc enim theſaurum abſconditũ in agro, cu
idam dñs emere ꝑſuadebat cum dicebat. Si vis ꝑ
fectus eſſe vade ⁊ vende oĩa q̃ habes ⁊ da paupe-
ribus, ⁊ habebis theſauꝝ in celo. ⁊ veni ſeq̃re me. mat.19.
Illud autẽ notãdum, q̃ theſaurus inuẽtus cuſtodi-
tur vt ſeruetꝛ, quatenus intelligamus q̃ ſtudioſe in
bono opere, vanam gloriam cauere debeam⁹. Sic
eſt enim preſens vita quaſi via, latrones autem iu-
xta viam, immũdi ſunt ſpiritus, qui illis maxime in-
uident, quos cum ſpirituali theſauro, ad celeſtem
patriam tendere cognoſcunt, ſicut per prophetam Ps.9
de eorum capite dicitur. Sedet in inſidiis, cum di-
uitibus in occultis, vt interficiat innocẽtem. Illoꝝ
ergo diuitias iſti latrones rapiunt, qui per inanem
iactantiam bona ſua opera corã hoĩbus denudant.
Unde neceſſe eſt, vt cum opus bonũ exterius agi-
mus, intentionem deo placẽdi ſꝑ in occulto tenea-
mus, iuxta qd̃ ipſe nos admonet, dicens Cum facꝭ
eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua q̃d faciat dextera
tua. Et iterum. Tu aũt cum oraueris, intra in cubi- Mat.6.
culum ⁊ clauſo oſtio ora patrem tuum, ⁊ pater tuus
qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Ad accendendũ
aũt mentẽ in amorem celeſtꝭ deſiderii, alia ſimilitu
do datur cũ ſubinfertur, ¶Iterum ſimile eſt regnũ

celoꝝ homini negotiatori, querenti bonas margari
tas, inuenta aūt vna pretioſa margarita, abiit ⁊ vē-
didit omnia q̄ habuit ⁊ emit eam. Ubi pretioſe mar
garite nomine, dulcedo vel claritas eterne patrie in
telligitur, q̄ pretioſior eſt cunctis pretioſis rebus, ⁊
ſuauior oībus delectationibus. Negotiatores au-
tem ſpiritualiter nos ſumus, qui de terrenis faculta
tibus celeſtē gloriam mercari iubemur. Notandū
aūt q̄d ait, vendidit oīa q̄ habuit ⁊ emit eam, q꞉ ille
pretioſam margaritā vnam, id eſt, celeſtem patriam
datis omnibus emit, q̄ nō ſolū terrenis facultatibꝰ,
ſed etiā ꝓpriis renuntiat voluntatibus. Qui ꝓo ſua
pauperibus tribuit, ſed adhuc ꝓpriis volūtatibus
ſeruit, pretioſam margaritā nondū emit, q꞉ q̄d cha-
rius deo poterat offerre retinuit. Non em̄ deus no-
ſtra, ſed nos q̄rit, q̄ terrenam ſubſtantiā, non niſi ꝓ-
pter lucrū animaꝝ dare precepit. Quia ergo nego-
tiatori bonas margaritas q̄renti, boniſqꝫ margari-
tis ſumus ꝯparati, ſeruare debemus in opere, quod
accepimus in noīe. Et ſicut terrenos negotiatores
non maris pericula ab officio negotiādi prohibēt,
non latronū inſidie terrent, nō aſperi caſus itineris
vetant, non hyemis frigus, non eſtatis calor retinet,
tm̄ vt terrenū lucrū acquirere poſſint. Ita ⁊ nos qui
ſpūales ſumus negotiatores, ab amore celeſtis pa-
trie nulla mundi blandimēta retineāt, nulla eius ad
uerſitas terreat, nec aliq̄ tribulatio prohibeat, vt
pretioſam margaritā amantes, cum aplo dicere va-
leamus, Quis ḡ nos ſeparabit a charitate Chriſti?
Rom. 8. Tribulatio, an anguſtia, an ꝑſecutio, an fames, an
nuditas, an ꝑiculū, an gladius? Certus ſum aūt, q꞉
neqꝫ mors neqꝫ vita, neqꝫ angeli, neqꝫ principatus
neqꝫ poteſtates, neqꝫ inſtātia, neqꝫ futura, neqꝫ for-
titudo, neqꝫ altitudo, neqꝫ ꝓfundum, neqꝫ creatura
alia poterit nos ſeparare a charitate dei, que eſt in
Chro Jeſu dño noſtro. Imitemur ⁊ aliud negotia
torum opus. Habent em̄ hoc ꝓprium hi qui negoti
andi operibus inſiſtunt, vt ſi in vno negotio damna
incurrerint, ſtudioſius negotiandi operibus inſiſtāt,
quouſqꝫ quod in vna re ꝑdiderunt, in alia acquirāt.
Ita ergo ⁊ nos, ſi in aliquo caſu damnum anime in-
ciderimus, ſtudioſius incepto bono opi inſiſtamꝰ,
vt quod per negligentiam amiſimus, ꝑ bonum opꝰ
recuperemus, quatenus ad pretioſe margarite lucꝝ
peruenire poſſimus, ⁊ vocem domini audire merea
Mat. 25 mur dicētis: Euge ſerue bone ⁊ fidelis, quia in pau
co fuiſti fidelis, ſupra multa te ꝯſtituā, intra in gau
dium domini tui. Hec aūt margarita tā chara eſt, vt
nullis terrenis diuitiis poſſit comparari, tam vilis,
vt ſola bona voluntate poſſit acquiri. Hanc marga
ritam pretioſam, multis facultatibus zacheus com
parare ſtuduit, qui cum huius margarite largitorē
Luc. 19. in domo ſua ſuſcepiſſet, pre nimio gaudio dixit, Do
mine dimidium bonoꝝ meoꝝ do pauperibus, et ſi
cui aliquid tuli, in quadruplum reſtituo. Hanc quoqꝫ
margaritā vidua illa duobus eris minutis, in gazo-
phylacio iactatis ꝯparauit. Cuius pretiū ipſe teſtis
ꝯſcientie dñs ſcꝫ collaudauit, dicens: Amē amē di-
co vobis, quia vidua hec pauper plus omnibus mi
ſit qui miſerunt in gazophylaciū. Omnes em̄ ex eo
q̄d abundauit illis miſerūt, hec vero de penuria ſua
quod habuit miſit totum victum ſuum. Huius mar-
garite pulchritudinē, beatiſſima N. cuius hodie fe
ſtiuam celebramus feſtiuitatē, multis diuitiis datis
comparauit, qnādo pro eius amore regni potentiā
derelinquens, ⁊ thoꝝ regalis matrimonii ſpernēs,
ad ſpontaneā paupertatem ſe contulit. Unde ſine du
bio quia regis terreni coniugium ꝯtempſit, ſponſa
effecta eſt regis celeſtis, et q̄ noluit cū terreno rege
regnare in mundo, regnat cū Chriſto in celo. Et q꞉
ſalutationes ⁊ officia refugit regaliū miniſtroꝝ, mi
niſtrat nunc cum Chro ꝯiuncta cetibus angeloꝝ.
Et ideo dignum eſt, vt qui tꝑalem reginam hono-
re debito veneramur, hanc deo acceptam reginam
deuotis precibus ſupplicemus, vt quia nos ſuo exē
plo in noīe Chriſti congregauit, ſuis nos meritis et
orationibus in preſenti vita iucundos efficiat et in
futura acceptos reddat. ¶ Iteꝝ ſimile eſt regnum
celorum ſagene miſſe in mare, ⁊ ex omni genere pi-
ſcium congreganti. Pulchre ſagene aſſimilatur eccle
ſia, quia ⁊ piſcatori eſt commiſſa, ⁊ intra rete fidei q̄
tidie homines capit. Sicut em̄ piſcatoꝝ eſt, cum ſa
gena de profundis gurgitibus piſces ad littus tra-
here, ſic quotidie eccleſia ꝑ doctrinam predicatoꝝ,
de turbulentis ⁊ amaris gurgitibus mūdi, mentes
hominum ad verā lucem trahere ſtudet. Et quoni-
am q̄diu in preſenti vita, eccleſia cum bonis colli-
git ⁊ malos, recte de eadem ſagena ſubdit. ¶ Quā
cum impleta eſſet educentes, ⁊ ſecus littus ſedētes
elegerunt bonos in vaſa ſua, malos aūt foras miſe-
runt. Ubi cum boni ⁊ mali nominantur, preſentis tem
poris eccleſia deſignatur. Boni em̄ ſoli nuſquā ſunt,
niſi in celo, mali aūt nuſquā ſunt, niſi ī inferno. Hec
autem eccleſia q̄ in medio conſiſtit, vtriuſqꝫ patrie
ciues recipit, ſicut per pſalmiſtā dicitur: Annūtiaui ⁊ Pſ. 39.
locutus ſum, multiplicati ſunt ſuꝑ numerū. Ubi ꝯſi
derandum eſt, quia ſuper numerum electorum mo-
do in eccleſia multi reprobi intrare poſſunt, ſed re-
gnum celorum nō poſſunt. Unde ⁊ bene dicitur, ¶ Ele-
gerunt bonos in vaſa ſua, malos aūt foras miſerūt.
In quibus verbis manifeſte diſcretio electoꝝ ⁊ re-
proborum, in fine ſeculi futura eſſe oſtēditur. Sicut
enim mare ſeculum, ſic littus maris finem ſignificat
ſeculi. In littore em̄ ſedētes elegerūt bonos in vaſa
ſua, malos aūt foras miſerunt, quia in fine ſeculi ele
cti aſſumentur ad gloriam, et reprobi ſeperabuntur
ad penam, iuxta quod alibi dñs ait in euāgelio, In Luc. 17
illa nocte erūt duo in lecto vno, vnus aſſumetur ⁊ vnꝰ
relinquetur. Unde ⁊ exponens dñs ſimilitudinem ad
iunxit. ¶ Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibūt
angeli ⁊ ſeparabūt malos de medio iuſtorum, ⁊ mit
tent eos in caminū ignis, ibi erit fletus et ſtridor dē
tium. Hoc eſt q̄d dñs alibi in euangelio dicit, Mit
tet filius hominis angelos ſuos, ⁊ colliget de regno
eius omnia ſcandala. Et item de zizaniis que inimi Mat. 13
cus homo ſuperſeminauit tritico, interrogatus ait:
Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem, et in tēpore
meſſis dicā meſſoribus, colligite primū zizania, et
alligate ea in faſciculos ad comburēdum, triticū au
tem cōgregate in horreum meum. Idipſum eſt, q̄d
alibi dicitur a dño, Cum ſederit filius hominis in ſe
de maieſtatis ſue, ꝯgregabuntur ante eum omnes gē-
tes, ⁊ ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegre-
gat oues ab hedis ⁊ cetera. In eo autem q̄d ſubiū-
gitur, Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dētium, manifeſte qua
litas penaꝝ deſcribitur. Oculi em̄ pre nimio fumo flu
ere lachrymas ſolent, dentes vehemēti frigore ſtri-
deſcere. Cum vero ait Ibi erit fletus et ſtridor dē
tium oſtendit qui reprobi in gehenna, ⁊ frigus in-
tolerabile, et calorem ineſtimabilem ſuſtinebunt, Job. 24
iuxta illud quod ꝑ beatum Job dr, Ad calorem ni
mium tranſibūt ab aquis niuium, ⁊ vſqꝫ ad inferos
peccatum illius, obliuiſcatur eius miſericordia, dul
cedo illius vermis. Finita aūt ſimilitudine, de eius
intellectu ſaluator diſcipulos req̄rit, oſtēdens piis
magiſtris vt alios poſſint erudire, aliquando inter-
rogare debere. Ait enim, ¶ Intellexiſtis hec oīa?
Illiſqꝫ dicentibus, etiam, de profectu illoꝝ gloria



batur, dicens, Ideo omnis ſcriba doctus in regno
celoꝝ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert
de theſauro ſuo noua et vetera. Q̄d ſpecialiter ad
apoſtolos ꝑtinere, ex eo manifeſtum eſt, q̄d homi-
ni patrifamilias ꝯparantur, proferenti de theſauro
ſuo noua ⁊ vetera. Si em̄ ꝑ noua ⁊ vetera vetus et
nouum teſtamentū accipimus. Abrahā ⁊ Moyſen
ceteroſqꝫ patres, q̄ ante dñi aduentum fuerunt, no
ua cum veteribus nō protuliſſe cognoſcimus, q꞉ ⁊ ſi
noua narrauerunt, domini tm̄ incarnationem nouā
corporalibus oculis non viderunt, ſicut ipſe diſcipu
Luc. 10. lis ſuis ait: Multi reges ⁊ prophete voluerūt vide-
re q̄ vos videtis, ⁊ non viderunt, ⁊ audire q̄ auditis,
⁊ non audierunt. Apli aūt noua et vetera ſpūaliter
intellexerunt et noua corporalibus oculis viderūt.
Joh. 13. Quibus ipſe ait: Mādatum nouū do vobis, vt di-
ligatis inuicem. Siue aliter: Uetera ad penam, no-
ua ꝑtinent ad gloriā. Uetuſtū em̄ erat homini poſt
pctm̄ ire ad penā, cui aliquid nouū ꝑ redemptoris
aduentū ꝯtigit, qn̄ bn̄ operantibus gloria eſt repro
miſſa: Cum ergo dñs diſcipulos collaudat, dicens:
¶ Oīs ſcriba doctus in regno celoꝝ, ſimilis eſt ho
mini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo no-
ua ⁊ vetera, oſtendit hunc ordinē doctoribus in p̄-
dicatione ſeruandū, vt vetera ꝓferāt de terrore ſup
plicii, ⁊ noua de ꝓmiſſiōe premii. Q̄d ⁊ in huius le
ctionis ſerie ſuo exemplo dñs oñdit, cū in prioribꝰ
ſimilitudinibus incitauit ad premiū, ⁊ in ſequētibꝰ
ꝯminatur ſupplicium, oſtendens vt dictū eſt doctori-
bus, q꞉ ſic bene operantibus debent ꝓmittere glo
riā, vt non ceſſent peccantibus ꝯminari penā. Q̄d
etiā in lege figurate oñdit, qn̄ ꝑ Moyſen tale p̄ce-
deut. 24. ptum dedit, dicens: Nō accipies loco pignoris ſu-
periorem ⁊ inferiorē molam, q꞉ appoſuit tibi animā
ſuam. Superior em̄ ⁊ inferior mola, ſpes ⁊ timor ac
cipitur. Quaſi enim a debitoribus pignus accipi-
mus, cum cōfeſſionem peccatoris accipimus. Cui
ſi penitenti ſpem non repromittimus, veniam nega
mus, ſuperiorē molā tollimus. Si aūt peccatori ſe-
curitatē damus, inferiorem abſtrahimus. Sed vtꝝ
obſeruandum eſt, vt ſic penitētibus ꝓmittamus ve
niā, quatenus in peccato ꝑſeuerantibus ꝯminemur
penā, vt q̄s nō prouocāt ad bene agendū premia ꝓ
miſſa, ſaltem denuntiata terreāt ſupplicia: Tu aūt.

## De virginib. Mat. xxv.

¶ In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis pa
rabolā hanc: Simile eſt regnū celoꝝ decē
virginibus, que accipientes lampades ſu
as, exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. Et re
qua. Homilia beati Auguſtini epi.

QUe ſunt decem vir-
gines dicte, quarum ſunt quinqꝫ prudē-
tes, quinqꝫ ſtulte, nō facile indagari p̄t.
Uerūtn̄ ſcd̄m ea q̄ ꝯtinet ipa le-
ctio, q̄ charitati vr̄e de euangelio
hodie eſt recitata, quantum mihi dñs intellectū do
nare dignatur, non mihi videtur iſta parabola vel ſi
militudo ad eas ſolas ꝑtinere. que proprie excellen
tiori ſanctitate virgines in eccleſia nominantur, quas
etiā vſitatiori vocabulo ſanctimoniales appellare
cōſueuimus. Sed (niſi fallor) hec ſimilitudo ad vni-
uerſam eccleſiam ꝑtinet, q̄uis ⁊ ſi illas ſolas intel-
ligeremus, que ſanctimoniales vocantur, nunquid
decem ſunt? Abſit vt tanta virginum multitudo, ad
tam exiguum numerum reuocetur. Forte autem di-
cat aliquis: Quid ſi multe ſunt nomine, et tā pauce
ſunt in veritate, vt vix decem inueniantur. Non eſt
ita, nam ſi ſolas decem vellet intelligi bonas, nō ibi
oſtenderet eſſe quinqꝫ fatuas: Si em̄ multe ſunt vir-
gines que vocantur, ⁊ ꝓe decem virgines inueniun
tur, quare cōtra quinqꝫ oſtia domus magne claudū
tur? Intelligamus ergo chariſſimi ad oēs nos, id ē,
ad vniuerſam eccleſiam iſtam pertinere parabolā,
non ſolum ad prepoſitos, nec ad ſolas plebes, ſed
prorſus ad omnes: Quare ergo quinqꝫ ⁊ quinqꝫ vir
gines iſte? Quinqꝫ ⁊ quinqꝫ virgines omnes omni-
no ſunt anime chriſtianorum. Sed vt dicamus vo-
bis (quod deo inſpirante ſentimus) non qualeſcūqꝫ
anime, ſed tales anime q̄ habent catholicam fidem,
⁊ habere videntur opera bona in eccleſia dei, ⁊ ta-
men ex ipſis quinqꝫ ſunt prudētes, ⁊ quinqꝫ fatue.
Quare ergo appellate ſunt q̄nqꝫ, ⁊ quare virgines,
prius videamus, ac deinde cetera conſideremus.
Omnis anima in corpore ideo quinario numero cē-
ſetur, quia quinque ſenſibus vtitur. Nihil eſt enim
quod ſentimus in corpore, niſi ianua quinqꝫ partita
aut videndo, aut audiendo, aut odorando, aut gu-
ſtando, aut tāgendo. Qui ergo ſe abſtinet ab illici-
to viſu, abſtinet ab illicito auditu, ab illicito odora-
tu, ab illicito guſtu, ab illicito tactu propter ipſam
integritatem virginis nomen accepit. Sed ſi bonū
eſt abſtinere ab illicitis ſentiēdi motibus, ⁊ ideo vna
queqꝫ aīa chriſtiana nomen virginis habet, quare
quinqꝫ admittuntur, ⁊ quinqꝫ repelluntur, ⁊ virgines
ſunt ⁊ repelluntur? Parum eſt, quia virgines ſunt ⁊ lā
pades habent. Uirgines propter abſtinentiam ab
illicitis ſenſibus, lampades habentes propter ope
ra bona. De quibus operibus dominus dicit: Luce Mat. 5.
ant opera veſtra bona coram hominibus, vt vide-
ant bona facta veſtra, ⁊ glorificent patrē veſtrū qui
in celis eſt. Item diſcipulis dicit: Sint lumbi veſtri
precincti, ⁊ lucerne ardētes in manibus veſtris. In
lumbis accinctis virginitas, in lucernis ardentibus
opera bona. Non ſolet vtiqꝫ dici virginitas in con-
iugatis, ⁊ tamen ibi etiā eſt fidei virginitas, que ex
hibet pudicitiam ꝯiugalem. Nam vt nouerit ſancti
tas veſtra, non importune ſcd̄m animam ⁊ ſcd̄m in-
tegritatem fidei, qua etiā fide ab illicitis abſtinetur,
⁊ bona opera fiunt, vnāquanqꝫ aīam virginem dici,
hoc eſt, tota eccleſia que ꝯſtat ex virginibus ⁊ pue
ris, ⁊ maritatis feminis, ⁊ vxoratis viris, vno nomi
ne virgo eſt appellata. Unde hoc probamus? Apo
ſtolū audi dicentē, non ſolum ſanctimonialibus, ſed
vniuerſe prorſus eccleſie: Deſpōdi vos vni viro vir 2. Cor. 11
ginem caſtam exhibere Chro. Et q꞉ huius virgini-
tatis corruptor diabolus cauendus eſt, ꝯtinuo ipſe
Apoſtolus cum dixiſſet, Deſpondi vos vni viro vir
ginem caſtam exhibere Chriſto, adiunxit ⁊ ait: Ti
meo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit verſutia
ſua, ſic ⁊ ſenſus veſtri corrumpantur a caſtitate que
eſt in Chriſto. In corpore pauci virginitatem ha-
bent, in corde oēs habere debēt. Si ergo ab illici
tis abſtinentia bona eſt, vnde virginitas nomen ac
cepit, ⁊ ſi opera bona laudabilia ſunt, que ſignificā
tur lampadibus, quare quinqꝫ admittuntur, et quinqꝫ
excluduntur? Si ⁊ virgo eſt, lampadem fert, ⁊ tm̄ nō
admittitur vbi ſe videt, qui nec virginitatē ab illici-
tis ſeruat, nec opa bona volens habere, in tenebris
ambulat? De iſtis ergo fratres mei, de iſtis potius
diſputemus. Qui non vult videre quod malum eſt,
qui non vult audire quod malum eſt, ab illicitis ſacri-
ficiorum odoribus auertit odoratū, ab illicitis ſacri
ficioꝝ cibis auertit guſtum, fugit cōplexum aliene

frangit panem eſurienti, hoſpitem inducit in domū,
veſtit nudū, concordat litigioſum, viſitat egrotū, ſe-
pelit mortuum, ecce virgo ecce habet lampadem.
Quid q̄rimus amplius? Adhuc q̄ro. Quid adhuc
queris? Adhuc inquit quero. Intētum me fecit euā-
gelium ſanctum. Etiam ipſas virgines ⁊ ferētes lā-
pades, alias dixit prudētes, alias ſtultas. Unde in-
tuemur, vnde diſcernimus? De oleo. Aliq̄d magnū
ſignificat oleum? Ualde magnum. Putas non cha-
ritas eſt? Querendo dicimus, non ſententiam pre-
cipitamus. Unde mihi videat̄ per oleum charitas
I.cor.12 ſignificari, dicā vobis. Apoſtolus dicit: Adhuc ſu-
I.cor.13 supereminentiorem viam vobis demonſtro. Supe-
minētiorem viam quā demōſtrat? Si linguis hoīm
loquar ⁊ angelorum, charitatem aūt non habeā, fa-
ctus ſum velut es ſonans, aut cymbalum tinniens.
Ipſa eſt ſupereminens via, id eſt charitas, que me-
rito oleum ſignificat. Omnibus em̄ humoribus ole-
um ſupereminet. Mitte aquam ⁊ ſuperinfunde ole-
um, oleum ſupeminet. Mitte oleum et ſupinfunde
aquam, oleum ſupereminet. Si ordinem ſeruauerꝭ
vincit, ſi ordinem mutaueris vincit. Charitas nūq̄
cadit. Quid ergo fratres? Iā diſceptemus de q̄n-
q̄ virginibus prudentibus, ⁊ q̄nq̄ fatuis, q̄ volue-
runt ire obuiā ſponſo. Quid eſt ire obuiam ſponſo?
Corde ire, expectare eius aduentum. Sed ille tar-
dabat. Dū tardat ille, dormierunt omnes. Quid eſt
mat.24 omnes? Et ſapientes ⁊ fatue obdormitauerūt ⁊ dor-
mierunt. Putamus bonus eſt iſte ſomnus? Quid ē
ſomnus iſte? Ne forte tardante ſpōſo, quoniā abun-
dat iniq̄tas, refrigeſcet charitas multorum? Sicci-
ne intellecturi ſumus iſtum ſomnum? Non mihi pla-
cet, dico quare: Quia ſunt ibi prudentes. Et vtique
quando dixit dominus: Quoniam abundabit iniq̄-
tas, refrigeſcet charitas multorum, ſubiecit et ait:
Qui autem perſeuerauerit vſq̄ in finem, hic ſaluus
erit. Ubi vultis eſſe iſtas prudentes? Nōne in his
que perſeuerauerunt vſq̄ in finē? Non ob aliud fra-
tres, non ob aliud prorſus admitterentur intro, niſi
quia perſeuerauerunt vſq̄ in finem. Nō ergo eis ob-
repſit frigus charitatis, non in eis refriguit chari-
mat.25 tas, ſed ferbuit vſq̄ in finem. Quia feruet vſq̄ in fi-
nem, ideo ſponſi ianue patuerunt: ideo dictū eſt eis
vt intrarent, ſicut illi optimo ſerno: Intra in gaudi-
um domini tui. Quid ergo eſt dormitauerūt om̄es?
I.Teſ.3 Eſt alius ſomnus, quem nemo euadit. Non recorda-
mini apoſtolum dicentem? De dormientibus nolo
vos ignorare fratres, id eſt, de his qui mortui ſunt.
Quare enim dormiētes vocantur, niſi quia ſuo die
reſuſcitantur? Ergo dormiunt omnes. Putas quia
prudens eſt, ideo non habet mori? Fatua ſit virgo,
prudens ſit virgo, ſomnum mortis omnes patiun-
tur. Aliquando autem dicunt ſibi homines: Ecce iā
dies iudicij venit. Tanta mala fiunt, tante tribula-
tiones crebreſcunt, ecce omnia que prophete dixe-
runt, pene ꝯpleta ſunt, iam dies iudicii inſtat. Qui
hoc dicunt ⁊ fideliter dicūt, tanq̄ obuiam eunt ſpō-
ſo cogitatiōibus talibus. Sed ecce bellum ſup bel-
lum, tribulatio ſup tribulationē, terremotus ſup ter-
remotum, fames ſuper famem, gens ſuper gentem,
⁊ nondum ſponſus venit. Cum ergo expectat̄ vt ve-
niat, dormiunt omnes illi q̄ dicūt, ecce venit, ⁊ dies
iudicii nos inuenit. Cum dicit dormit: Ergo obſer-
uet ad ſomnum ſuum, ⁊ perſeueret in charitate vſq̄
ad ſomnū ſuum, expectātem illū inueniat ſomnus.
Pſ.40 Putas em̄ quia dormiunt? Nunq̄d q̄ dormit, nō ad-
iiciet vt reſurgat? Dormierunt ergo omnes, ⁊ de il-
lis prudentibus, ⁊ de illis fatuis dictum eſt, dormi-
erūt. ¶ Ecce media nocte clamor factus eſt. Quid
eſt media nocte? Quādo nō ſperat̄, q̄n non credit̄.
Noctem poſuit pro ignorantia, ne aliquis q̄ſi ꝯpu-
tat ſibi ⁊ dicat, ecce ab Adā tot anni tranſierīt, ⁊ cō-
plentur ſex millia annoꝝ, ⁊ ꝯtinuo quō quidā tracta-
tores ꝯputauerūt, ꝯtinuo veniet dies iudicij. Et ve-
niunt ⁊ trāſeunt computationes, et adhuc remorat̄
ſponſi aduentus, ⁊ dormiūt virgines q̄ obuiā ierāt.
Ecce non ſperat̄ dū dicit̄ ſex millia annoꝝ expecta-
bant̄ ⁊ tranſierūt, vñ ſcimus iam q̄n veniet? Media
nocte veniet. quid ē media nocte veniet? Dū neſcit̄
veniet. Quare dum neſcit̄ veniet? Ipſum dominū
audi: Nō eſt veſtrum noſſe tempora, que pater po- Actu.I.
ſuit in ſua poteſtate. Dies dn̄i apl's ait tanq̄ fur in I.Teſ.5
nocte ita veniet. Ergo vigila in nocte, ne furem pa-
tiaris. Nam ſomnus mortis, velis nolis veniet, ſed
cū factus fuerit clamor media nocte. Quis iſte cla-
mor, niſi de quo apl's dicit: In ictu oculi, in nouiſſi- I.cor.15
ma tuba, Canet em̄ tubu, ⁊ mortui reſurgent incor-
rupti, et nos immutabimur. Deniq̄ clamore facto,
media nocte q̄ clamabit̄, Ecce ſponſus venit, quid
ſequit̄? Surrexerunt omnes. Quid eſt ſurrexerunt Iohā.5.
omnes? Ueniet hora (dixit ipſe dn̄s) quando om̄es
qui ſunt in monumentis audient vocem eius ⁊ pro-
cedent. Ergo ad tubā nouiſſimam ſurrexerunt oēs.
¶ Prudentes autem ille tulerūt oleum ſecum in va-
ſis ſuis: ſtulte vero ille non tulerunt oleum ſecum.
Quid eſt non tulerunt oleum ſecum in vaſis ſuis?
Quid eſt in vaſis ſuis, id eſt, in cordibus ſuis. vnde
dicit apoſtolus: Gloria noſtra hec eſt, teſtimonium 2.Cor.I
ꝯſcientie noſtre. Ibi oleum, magnum oleum, de do-
no dei hoc oleum eſt. Deniq̄ homines oleum mitte-
re intro poſſunt, oliuam creare non poſſunt. Ecce
habeo oleum, de dei dono eſt. Habes oleum, por-
ta tecum. Quid eſt porta tecum? Intus habe, ibi
deo place. Etenim ecce iſte virgines ſtulte que non
portauerunt oleum ſecum, abſtinentia ſua qua vir-
gines appellātur, ⁊ bonis operibus ſuis q̄n lampa-
des ferre vident̄, hominibus volūt placere, ⁊ ſi ho-
minibus volunt placere, ⁊ ideo omnia iſta laudabi-
lia faciunt, oleum ſecum non portant. Tu ergo te-
cum porta, intus porta vbi deus videt, ibi porta te-
ſtimoniū ꝯſcīe tue. Qui ambulat ad teſtimoniū ali-
enum, oleū non portat ſecum. Si ideo abſtines ab
illicitꝭ, ⁊ facis opera bona, vt ab hominibus laude-
ris, non eſt intus oleum. Deniq̄ cum ceperint homi-
nes laudare, non deficient lampades. Intēdat ita-
q̄ charitas veſtra. Anteq̄ dormirent ille virgines,
nō eſt dictum, q̄ extinguebant̄ lampades illarum.
Sapientium lampades ardebāt de oleo eterno, de
conſcientie ſecuritate, de interiori gloria, de intima
charitate. Ardebāt tamen ⁊ illarum fatuaꝝ. Quare
tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominū.
Poſtea vero q̄ ſurrexerunt, id eſt, in reſurrectione
a mortuis ceperunt aptare lampades ſuas, id eſt, p̄-
parare, deo operum ſuorum reddere rationem. Et
quia tunc nemo eſt q̄ laudet, omnis homo cauſe ſue
vacat, nemo eſt tunc qui non de ſe cogitet. Non er-
go erant qui oleum venderent. Ceperunt deficere
lampades, ⁊ conuerterunt ſe fatue ad quinq̄ prudē-
tes: ¶ Date nobis de oleo veſtro, quia lampades
noſtre extinguuntur. At ille: Ne forte (inquiunt)
non ſufficiat nobis et vobis, ite potius ad venden-
tes ⁊ emite vobis. Non conſulentium, ſed irridenti-
um iſta eſt reſponſio. Quare irridentium? Quia ſa-
pientes erant, quia ſapientia erat in illis. Nō enim
ſapientes de ſuo erant, ſed illa in illis erat ſapientia
de qua ſcriptum eſt in quodam libro, que dicit con-
temptoribus ſuis, cū venerint ad mala q̄ illis mina-
ta ſunt: Et ego veſtre ꝑditioni ſuperridebo. Quid mi- Puer.I.



rum eſt, q̄ ſapientes irrident fatuas? Quid eſt irri-
dere? Ite ad vendentes ⁊ emite vobis, que non ſo-
lebatis bene viuere, niſi q̄ vos homines laudabāt,
q̄ vobis oleum vendebāt. Quid ē vobis oleū ven-
debant? Laudes vendebāt. Qui vendunt laudes,
niſi adulatores? Q̄to magꝭ nō acquieſceretꝭ adula-
toribus, ⁊ intus oleum portaretis, et ꝓpter bonam
Pſ.40 ꝯſciam oīa opa bona faceretis, tūc diceretis. Emē-
dabit me iuſtus in miſericordia, ⁊ arguet me: oleū
aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Melius
inquit emēdet me iuſtus, arguet me iuſt⁹, corriget
me iuſt⁹, colaphizet me iuſtus, q̄ impinguet caput
meū oleum peccatoris. Quid eſt oleum pctōris ni-
ſi blandimenta adulatoris? Ite ergo ad vendentes
⁊ emite vobis, hoc em̄ facere conſueuiſtis, nos aūt
non vobis damus. Quare? Ne forte nō ſufficiat no-
bis ⁊ vobis. Quid eſt non ſufficiat? Nō deſperatio-
ne dictū eſt, ſed ſobria ⁊ pia humilitate. Q̄uis em̄
bonus habeat bonā ꝯſcientiam, vnde ſcit quemad-
modū iudicet ille, qui neminem fallit? Habet bonā
conſcientiam, non illū titillant crimina in corde cō-
cepta, ſed ꝓpter quotidiana quedam vite humane
peccata, licet conſcientia bona ſit, tamen dicit deo:
Mat.6. Dimitte nobis debita noſtra, q̄ fecit quod ſequit̄,
ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Fregit
panē eſuriēti ex corde, veſtiuit nudum ex corde, de
oleo interiori fecit opa bona, ⁊ tñ in illo iudicio tre-
pidat ipſa bona cōſcientia. Uide q̄d eſt, date nobis
de oleo? Audierunt, Ite potius ad vendētes, quia
laudibus humanis bene viuere conſueuiſtis, vobiſ-
cum oleum non portatis, non autē damus, ne forte
non ſufficiat nobis ⁊ vobis. Uix enim de nobis iudi-
camus, quāto minus poſſumus iudicare de vobis?
Quid eſt, vix de nobis iudicamus? Quia cum rex
iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe
habere cor? Forte tu non inuenies aliquid in cōſci-
entia tua, ⁊ inueniet ille qui melius videt, cuius aci-
pſ.142 es diuina penetrat altiora. Uidet forte aliquid, in-
uenit forte aliquid. Quato melius illi dicis, Ne in-
Mat.6. tres in iudicium cū ſeruo tuo. Etiā q̄to melius di-
mat.25. cis: Dimitte nobis debita noſtra, quia et dicitur ti-
bi propter illas faces, ꝓpter illas lampades, eſuri-
ui ⁊ dediſtꝭ mihi mādŭcare. Quid ergo? Et ille nō
illud fecernnt. Nō fecerunt ante illum. Sed quomō
fecerunt? Quomodo prohibet deus qui dixit? Ca-
uete facere iuſtitiam veſtram coram hoībus vt vi-
deamini ab eis, alioquin non habebitis mercedem
apud patrem veſtrum qui in celis eſt. Et nolite ſimi-
les eſſe hypocritis q̄n oratis, amant em̄ ſtare in pla-
teis ⁊ orare, vt videantur ab hominibus. Amen di-
co vobis, q̄ perceperunt mercedem ſuam. Emerūt
oleum, precium dederunt: emerūt, non ſunt frauda-
ti laudibus humanis, queſierunt laudes hoīm, ha-
buerunt. Iſte laudes humane, in die iudicii nō eos
Mat.5. adiuuant: Ille aūt quomodo fecerunt? Luceāt ope-
ra veſtra corā hominibus, vt videant bona facta ve-
ſtra, et glorificent patrē veſtrum qui in celis eſt. Nō
ait vos, nō enim de tuo habes oleū. Iacta te ⁊ dic,
I.cor.4. Habeo. Sed non habes. Quid enim habes q̄d nō
accepiſti? Ergo ille ſic fecerunt, ille ſic. Non eſt aūt
mirandum, cum eunt emere, cum querunt a quibus
laudentur, ⁊ non inueniunt, cū querunt a quibus ad-
iuuentur ⁊ non erunt, cum querunt a quibus conſolē-
tur, ⁊ non inueniunt, aperta eſt ianua, venit ſpōſus
⁊ ſponſa. Tunc glorificata eſt cū Chr̄o eccleſia, vt
ſingula mēbra ad totū ſe colligant, et intrauerūt cū
eo ad nuptias, ⁊ clauſuꝫ eſt oſtiū, ⁊ ille fatue poſtea
venerūt. Sed nunq̄d oleū emerūt, aut a q̄bus eme-
rent inuenerunt? Ideo clauſas ianuas inuenerunt,
pulſare ceperunt, ſed ſero. Dictū eſt, verꝝ eſt, nō fal-
laciter dictū eſt: Pulſate ⁊ aperiet̄ vobis. Sꝫ quō? Mat.7.
Q̄n tp̄s eſt miſcdie, non q̄n tp̄s eſt iudicii. Nō em̄
poſſunt confundi iſta tpa, cum miſcdiam ⁊ iudiciū
cantet dn̄o ſua eccleſia. Tp̄s eſt miſcdie, age peni- Pſ.100
tentiā. Tp̄e iudicii illā habes agere ⁊ eris in virgini-
bus illis, ꝯ̄ quas clauſum eſt oſtiū. ¶ Dn̄e dn̄e, ape-
ri nobis. Nunq̄d non pn̄iam egerunt, q̄ ſecū oleum
nō portauerūt? Et quid illis ꝓfuit ſera pn̄ia, q̄n illas
irridebat v̄a ſapia? Clauſuꝫ eſt ergo oſtiū. Et quid illis
dictū eſt? ¶ Non noui vos ait. Nō illas nouit, qui
oīa nouit? Quid ergo eſt, nō noui vos? Improbo vos,
reprobo vos, in arte mea nō vos agnoſco, ars mea
vitia neſcit. Hoc eſt aūt magnū, ⁊ neſcit vitia, ⁊ iu-
dicat vitia. Neſcit faciēdo, iudicat arguēdo. Sic ergo
nō noui vos. Ierūt ergo, ⁊ intrauerīt quinq̄ prudētes.
Q̄ꝫ multi eſtis frēs mei in noīe Chr̄i, ſint in vobis
quinq̄ prudētes, ſed nolite q̄nq̄ hoīes. Sint in vo-
bis q̄nq̄ prudentes, ad iſtā prudentiā q̄narij nume-
ri ꝑtinētes. Ueniet em̄ hora, et q̄n neſcimus veniet.
Media nocte veniet, vigilate. Sic clauſit euāgeli-
um: ¶ Uigilate, q̄ neſcitis diē neq̄ horā. Si ergo dor-
mituri ſumus, quō vigilabimus? Corde vigila, fide
vigila, ſpe vigila, charitate vigila, opib⁹ vigila. Et
q̄n corpore dormierꝭ, veniet tp̄s vt ſurgas. Cū aūt
ſurrexeris, prepara lampades, tūc non extinguant̄,
tunc interiori ꝯſcientie oleo vegetent̄. Tūc te ſpon-
ſus ille in corporeis nexibus amplectat̄, tūc te intro-
ducet in domū vbi nūq̄ dormias, vbi nunq̄ tua lā-
pas poſſit extingui. Hodie v̄o laboramus, ⁊ lampa-
des nr̄e inter ventos huius ſcl'i tētationeſq̄ fluctu-
ant, ſed ardeat in robore flāma nr̄a, vt ventus tēta-
tionis augeat ignē potius q̄ extinguat. Tu autem
domine, noſtri miſerere.

# De virginib. Mat.xxv.

¶ In illo tp̄e: Dixit Ieſus diſcipul' ſuis pa-
rabolā hanc: Simile eſt regnū celoꝝ decē
virginibus, que accipientes lampades ſu-
as, exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. Et re-
qua. Homilia beati Gregorij pape.

SEpe vos fratres cha-
riſſimi admoneo, praua opera fugere, mun-
di huius inquinamēta deuitare, ſed hodier-
na ſancti euangelii lectione compellor dicere, vt et
bona que agitis cum magna cautela timeatis, ne p
hoc quod a vobis rectum gerit̄, fauor ⁊ gratia hu-
mana requiratur, ne appetitus laudis ſubrepat, et
quod foris oſtenditur, intus a mercede vacuetur.
Ecce enim redemptoris voce decē virgines, ⁊ oēs
dicuntur virgines, ⁊ tamen intra beatitudinis ianu-
am non omnes ſunt recepte, quia earum quedam,
dum de virginitate ſua gloriam foris expetunt, in
vaſis ſuis oleum habere noluerunt. Sed prius que-
rendum nobis eſt, quid ſit regnum celorum, aut cur
decem virginibus comparetur, que etiam virgines
prudentes et fatue dicantur, dum em̄ celorum re-
gnum conſtet, quia reproborum nullus ingreditur,
etiā fatuis virginibus, cur ſimile eſſe ꝓhibet̄. Sed
ſciendum nobis eſt, q̄d ſepe in ſacro eloq̄o, regnum
celorum preſentis temporis eccleſia dicitur. De q̄
alio in loco dominus d̄t: Mittet filius hominis an- Mat.13
gelos ſuos, ⁊ colligent de regno eius omnia ſcanda-
la. Neq̄ enim in illo regno beatitudinis in quo pax
ſumma eſt, inueniri ſcandala poterunt, que colligā-
tur. Et vnde rurſum dicitur: Qui ergo ſoluerit vnū

de mādatis iſtis minimis, ⁊ docuerit ſic homines,
minimus vocabitur in regno celorum. Qui autē fe-
cerit ⁊ docuerit, hic magnus vocabitur in regno ce
loꝝ. Mandatum quippe ſoluit ⁊ docet, quādo hoc
q̇ſqꝫ voce predicat, quod viuendo non implet. Sed
ad regnum eterne beatitudinis peruenire nō valet,
q̇ non vult ope implere quod docet. Quomodo er
go in eo minimus vocabitur, q̇ ad hoc nullo mō in-
trare permittitur? Quid itaqꝫ per hanc ſententiam
niſi preſens eccleſia regnum celorum dicit? In qua
doctor qui mādatum ſoluerit, minimus vocatur, qꝛ
cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius predicatio con
temnatur. In quinqꝫ autem ſenſibus corporis vnuſ
q̇ſqꝫ ſubſiſtit. Geminatus autem quinarius denari-
um perficit. Et quia ex vtroqꝫ ſexu fidelium multitu
do colligitur, ſancta eccleſia decem virginibus ſimi
lis eſſe denuntiatur. In qua quia mali cum bonis ⁊
reprobi cum electꝭ cōmixti ſunt, recte ſimilis virgi-
nibus prudentibus ⁊ fatuis eſſe phibet. Sunt nan
qꝫ pleriqꝫ cōtinentes, q̇ ab exteriori ſe appetitu cu
ſtodiunt, ⁊ ſpe ad interiora rapiuntur, carnē mace-
rant, ⁊ toto deſiderio ad ſupernam patriā anhelāt,
eterna premia expetunt, pro laboribus ſuis recipe-
re laudes humanas nolunt. Hi nimirū gloriam ſuā
non in ore hominum ponunt, ſed intra conſcientiam
contegunt. Et ſunt pleriqꝫ, qui corpus per abſtinen
tiam affligunt, ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos
fauores expetunt, doctrine inſeruiunt, indigētibus
multa largiunt. Sed fatue profecto ſunt virgines,
quia ſolam laudis tranſitorie retributionem q̄runt.
Unde ⁊ aperte ſubditur: ¶ Quinqꝫ fatue acceptis
lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum, pruden
tes autem acceperunt oleum in vaſis ſuis cū lampa
dibus. Per oleum quippe nitor glorie deſignatur.
Uaſcula autem noſtra ſunt corda, in quibꝰ ferimus
cuncta q̄ cogitamus. Prudentes ergo oleum in va-
ſis habent, quia nitorem glorie intra conſciētiam re
2.Cor.1 tinent, Paulo atteſtante q̇ ait: Gloria noſtra hec ē,
teſtimonium conſcientie noſtre. Fatue autem virgi
nes, oleum ſecum nō ſumunt, quia gloriam intra cō
ſcientiam non habent, dum hanc ab ore proximoꝝ
querunt. Notandū vo ꝙ omnes lampades habēt,
ſed oleum omnes non habent, quia plerūqꝫ bona in
ſe opera cum electis et reprobi oſtendunt. Sed ſoli
ad ſponſum cum oleo veniunt, qui de his que foris
egerint, intus gloriam requirunt. Unde per pſalmi-
ſtam quoqꝫ de ſancta electorum eccleſia dicit: Om̄is
ps.44. gloria eius filie regis ab intus. ¶ Moram autē fa-
ciente ſponſo, dormitauerunt omnes ⁊ dormiernnt,
quia dum venire iudex ad extremum iudicium dif-
fert, electi ⁊ reprobi in mortis ſomno ſopiūtur. Dor
mire etenim mori eſt, ante ſomnum vero dormitare
eſt ante mortem a ſalute lāgueſcere, qꝛ per pondus
egritudinis peruenitur ad ſomnum mortis. ¶ Me
dia autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus ve
nit, exite obuiā ei. De aduentu ſponſi clamor in me
dia nocte fit, quia ſic dies iudicij ſurripit, vt p̄uide-
ri non valeat qn̄ venit. Unde ſcriptum eſt, Dies dn̄i
1.teſſa.5 ſicut fur in nocte ita veniet. ¶ Tunc oēs virgines
ſurgunt, quia electi ⁊ reprobi a ſomno ſue mortis ex
citantur. Lampades ornant, quia ſua ſecum opera
numerant, pro q̇bus eternā recipere beatitudinem
expectāt. Sed lampades fatuarum virginū extin-
guunt, quia eaꝝ opera q̄ clara hominibus foris ap
paruerant, in aduentu iudicis intus obſcurantur, et
a deo retributionem non inueniunt, quia pro eis re-
ceperunt ab hoībus laudes quas amauerūt. Quid
eſt autem ꝙ tunc a prudentibus oleum petunt, niſi
ꝙ in aduentu iudicꝭ, cū ſe intus vacuas inuenerint,

teſtimonium foris querunt? Ac ſi a ſua fidutia dece
pte proximis dicāt, quia nos quaſi ſine opere repel
li conſpicitis, dicite de noſtris operibus quod vidi-
ſtis. Sed prudentes virgines reſpondēt dicentes:
¶ Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis. In illo em̄
die (q̇d tamen de q̇buſdam in pace eccleſie q̇eſcen-
tibus loquor) ſibimetipſi teſtimonium vniuſcuiuſqꝫ
vix ſufficit, quanto minus ſibi ⁊ proximo? Unde et
protinus per increpationem ſubdūt: ¶ Ite potius
ad vendētes, ⁊ emite vobis. Uenditores q̇ppe olei
adulatores ſunt. Qui em̄ accepta qualibet gratia,
vanis ſuis laudibus nitorem glorie offerunt, q̄ſi ole-
um vendunt De quo profecto oleo pſalmiſta dicit:
Oleum aūt pctōris nō impinguet caput meū. Prin
cipale etem̄ nr̄m caput eſt. Appellatiōe etem̄ capi- ps.140
tis, ea q̄ principatur corpori mens vocat. Inpim-
guat ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet
mentem fauor adulantis. ¶ Sed dum irent emere,
venit ſponſus, qꝛ cum vite ſue teſtimonium a proxi-
mis querunt, iudex venit, qui non ſolum opm̄, ſed ⁊
cordiū teſtis eſt. ¶ Que aūt parate erant, intraue-
rūt cū eo ad nuptias, ⁊ clauſa eſt ianua. O ſi ſapere
in cordis palato poſſit, q̇d admirationis habeat q̇d
dr̄, venit ſponſus, q̇d dulcedinis, intrauerunt cum
eo ad nuptias, q̇d amaritudinis, ⁊ clauſa eſt ianua.
Uenit q̇ppe ille, q̇ in aduentu ſuo elementa ɔcutit,
in cuius ɔſpectu celū ⁊ terra ɔtremiſcit. Un̄ etiā p
prophetā dr̄: Adhuc ſemel ⁊ ego mouebo, non ſolū Aggei.2
terrā, ſed etiā celū. Ad cuius examen om̄e humanū
genus deducit, cui ad vindictā maloꝝ, remunerati-
onēqꝫ bonoꝝ angeli, archāgeli, throni, p̄ncipatus ⁊
dn̄atioēs obſequunt. Penſate frēs chariſſimi ante
ɔſpectum tanti iudicꝭ, q̇ in illo die terror erit, qn̄ iā
in pena remediū non erit, q̄ illa ɔfuſio, cui reatu ſuo
exigente, contingent in conuentu oīm angeloꝝ, ho
minūqꝫ erubeſcere, qui pauor eum quē ⁊ tranquillū
mens humana capere non valet, etiam iratum vide
re. Quem diem bene ꝓpheta intuens ait: Dies ire Soph.1
dies illa, dies tribulationis ⁊ anguſtie, dies calami
tatis ⁊ miſerie, dies tenebrarū ⁊ caliginis, dies ne-
bule ⁊ turbinis, dies tube ⁊ clangoris. Penſate fra-
tres chariſſimi, extremi diem iudicii ſuper corda re
proborum, qua aſperitate propheta vidit amareſce
re, quem tot appellationibus non valet explicare.
Quanta vo tunc erit electoꝝ letitia, q̇ de eius me-
rentur viſione gaudere, de cuius conſpectu vident
elementa oīa contremiſcere, cum eo ſimul ad nupti
as intrare, q̇ ⁊ in ſpōſi nuptiis gaudēt, ⁊ tn̄ ipſi ſunt
ſponſe, qꝛ in illo eterni regꝭ thalamo, viſioni noſtre
deus coniungitur, q̄ ſcilicet viſio nunq̄ iam in per-
petuum ab amoris ſui amplexibus euellit. Tunc re
gni ianua lugētibus clauditur, q̄ modo quotidie pe
nitentibus aperitur. Erit nanqꝫ tunc penitentia, ſed
fructuoſa iam non erit, quia nequaq̄ tūc veniā inue
nit, qui modo aptū venie tēpus perdit. Hinc etem̄
Paulus dicit: Ecce nūc tempus acceptabile, ecce 2.Cor.6
nūc dies ſalutis. Hinc propheta ait: Querite dn̄m Iſai.55.
dum inueniri poteſt, inuocate eū dū prope eſt. Un̄
⁊ eaſdē fatuas virgines inuocantes dn̄s non audit,
qꝛ intercluſa regni ianua, is q̇ prope eſſe poterat, ꝓ
pe iā non eſt. Nā ſubdit: ¶ Nouiſſime veniūt et re
lique virgines dicentes: Dn̄e dn̄e aperi nobis. At
ille reſpondens ait: Amen dico vobis, neſcio vos.
Ibi iam a dn̄o non poteſt mereri quod petit, q̇ hic
noluit audire quod iuſſit, quia q̇ tempus cōgrue pe-
nitentie ꝑdidit, fruſtra ante regni ianuam cum p̄ci-
bus venit. Hinc eſt em̄ ꝙ per Salomonē dn̄s dicit.
Uocaui ⁊ renuiſtis, extendi manū meā, ⁊ non fuit q̇ Prou.1.
aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, ⁊ in-



crepationes meas neglexiſtꝭ, ego quoqꝫ in interitu
veſtro ridebo, ⁊ ſubſannabo cū vobis id quod time-
batis aduenerit, cum irruerit repētina calamitas, ⁊
interitus quaſi tempeſtas ingruerit, qn̄ venerit ſuꝑ
vos tribulatio ⁊ anguſtia, tunc inuocabunt me ⁊ nō
exaudiam, mane ɔſurgent, ⁊ non inuenient me. Ec-
ce aperi clamāt, ⁊ repulſionis ſue dolore ɔpulſe, ap
pellationem dn̄antis ingeminant dicentes: ¶ Dn̄e
dn̄e aperi nobis. Preces offerūt, ſed neſciuntur, qꝛ
tūc velut incognitos deus deſerit, quos modo ſuos
per vite meritum non agnoſcit. Ubi aperte q̊ꝫ gene
ralis ad diſcipulos cohortatio ſubinfert, cū dr̄ ¶ Ui
gilate itaqꝫ, qꝛ neſcitꝭ diē neqꝫ horam. Qꝛ poſt pec-
cata deus penitentiam ſuſcipit, ſi ſciret quiſqꝫ de p̄-
ſenti ſeculo quo tp̄e exiret, aliud tp̄s voluptatibus
atqꝫ aliud penitentie aptare potuiſſet Sed qui pe
nitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinuꝫ
non promiſit. Semper ergo extremū diem debemꝰ
metuere, quē nunq̄ poſſumus preuidere. Ecce hūc
ipſum diem de quo loquimur, ad inducias ɔuerſio-
nis accepimus, ⁊ tn̄ mala que fecimus, flere recuſa
mus. Non ſolum ɔmiſſa non plangimus, ſed etiam
q̄ defleant augemus. At ſi nos aliqua egritudo cor-
ripiat, ſi ſigna egritudinis vicinam mortem denunti
ent, inducias viuendi querimus, vt peccata noſtra
defleamus, et eas cū magno eſtu deſiderii petimꝰ,
quas acceptas modo pro nihilo habemus. Rē fra-
tres refero, quam ſi intente vult audire charitas ve
ſtra, ex conſideratione illius vehementer inſtruet.
Quidā vir nobilis in Ualeria prouincia noīe Chry
ſaurius fuit, quem lingua ruſtica populus Chryſe-
rium vocabat, vir valde idoneus, ſed tātum plenus
vitiis q̄tum rebus, ſuꝑbia tumidus, carnis ſue vo-
luptatibus ſubbitꝰ, in acquirēdis rebus auaritie fa
cibus accenſus. Sed cum tot malis dn̄s finem po-
nere decreuiſſet, ſicuti a religioſo quodam (qui nūc
ſupereſt) propinquo illius didici, corporis languo-
re ꝑcuſſus eſt Qui ad extremum veniens, ea hora
qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vi
dit tetros ⁊ nigerrimos ſpiritus coram ſe aſſiſtere,

⁊ vehementer imminere, vt ad inferni clauſtra ſe ra
perent. Cepit tremere, palleſcē, ſudare, ⁊ magnis
vocibus inducias petere, filiūqꝫ ſuum nomine Ma-
ximum quem ipſe iam monachus monachum vidi,
nimiis ⁊ turbatis clamoribus vocare dicens: Ma-
xie curre, nūq̄ tibi aliq̇d mali feci, in fide tua me ſuſ
cipe. Turbatꝰ mox Maximus, affuit lugēs, ⁊ ꝑſtre
pens familia ɔuenit. Eos aūt quos ille inſiſtens ſi-
bi grauiter tolerabat, ipſi malignos ſpūs videre nō
poterāt, ſed eorum preſentiam in ɔfuſione ⁊ pallo-
re ac tremore illius qui trahebat videbant. Pauore
aūt terre eoꝝ imaginis, huc illucqꝫ vtebatur. In le
ctulo iacebat in ſiniſtro latere, aſpectum eoꝝ ferre
nō poterat, vertebat ad parietē, ibi aderant. Cūqꝫ
ɔſtrictus nimis relaxari ſe iam poſſe deſperaret, ce-
pit magnis vocibus clamare dicens: Inducias vel
vſqꝫ mane, inducias vel vſqꝫ mane. Sed cū hec cla
maret, in ipſis ſuis vocibus, de habitaculo ſue car-
nis euulſus eſt. De q̊ nimi ɔſtat, qꝛ pro nobis iſta,
nō ꝓ ſe viderit, vt eiꝰ viſio nobis ꝓficiat, q̊s adhuc
diuina patientia longanimiter expectat. Nā illi te-
tros ſpiritus ante mortē vidiſſe, ⁊ inducias petiiſſe
quid profuit, qui eaſdem inducias quas petiit, non
accepit? Nos ergo fratres chariſſimi, nos ſolicite
iſta cogitemus, ne nobis inuacuū tp̄a pereāt, ⁊ tūc
q̄ramus ad bn̄ agendū viuere, cū iam ɔpellimur de
corpore exire. Memētote q̇d veritas dicat: Orate mat.24
ne fiat fuga vr̄a hyeme vel ſabbato. Per legis q̇p-
pe mandatū, ambulare longius in ſabbato nō licet.
Hyems q̊ꝫ ad ambulandū impedimētū eſt, qꝛ greſ-
ſus ambulantium, torpor frigoris aſtringit. Ait ḡ:
Orate, ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato: Ac ſi
dicat: Uidete ne tunc q̄ratis pctā vr̄a fugere, qn̄ iā
non licet ambulare. Illud ergo tp̄s quo fugere non
licet, nunc debet cogitari dū licet. Illa hora eſt exi-
tus noſtri ſemper intuenda, iſta redemptoris admo
nitio ante mentis oculos ſemper ponenda, qui ait:
Uigilate itaqꝫ, qꝛ neſcitis diem neqꝫ horam, Tu au
tem domine, noſtri miſerere.

Finis.

Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: et quorum tecta ſunt peccata.

UNIVERSIDAD Y PROV.ª DE ZARAGOZA. BIBLIOTECA.